







1.
1.
2.
3.
4.
5.
6.
7.
8.
9.
10.

1714.

1. Alberti, Michael: De therapia morborum morati
2. Borkmüller, Geth. Christianus: De successione viduae.
3. Borkmüller, Geth. Christianus: De jure creditoris literarum cambi cum vel sine clausula hypothecae in concursu.
4. Budinus, Hieronimus: De testamentis irrevocabilibus.
5. ^{de}Boeckmerus, Justus Henning: De libelli alterationis
3 Junii 1714-1735.
6. Boysser, Petrus Christophorus: De apostasiae merito et
falso suspectis
7. Glator, Hieronimus: De erroribus historicorum
vulgaribus
8. Gruber, Joannes David: De cultura historiarum univer-
salis
9. Ludewig, Joannes Petrus: De obligatione successoris
in principatus et clientelas.
10. a. b. Ludewig, Joannes Petrus: Differentias juris Romani
et Germanici in successione conjugum et dissolutione
literarum... respondet.

11^{2.7} Ludwig, Franz Petrus: De sorte suffragatorum
ecclesiarum Von Priester. Leipzig. 2 Bänd. 1774 & 1775

ria
40



LIBRARY OF THE
UNIVERSITY OF CHICAGO
1857-1858
MICHAEL ALBERTI
PROFESSOR OF HISTORY
UNIVERSITY OF CHICAGO



Faint, illegible handwriting at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.



DISSERTATIO MEDICA PRACTICA

De

50.
1/1/1/1 1

THERAPIA MORBORUM MO- RALI

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIÆ, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO, RELIQUA;

GRATIOSO FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,
PRÆSIDE

MICHAELE ALBERTI,
MED. DOCT. ET PROFESSORE PUBL. EXTRAORD.
REIPUBL. NORIBERGENSIS PHYSICO ORDIN. ET ACAD.
NAT. CUR. COLLEGA.

• Dn. Patrono ac Manuductore suo omni observantia colendo

IN AUDITORIO MAJORI

Horis antemeridianis

Publicæ ventilationi exhibet

RESPONDENS

FRANCISCUS PARIZ PAPAI Junior.

1902 Hungarus.

1902 Die 1. Maj. A. O. R. MDCCXIV.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Literis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

THE R A P I A
M O R T U A M

TRALL

BY THOMAS WILKINS

MICHAEL ALBERT



FRANCISCAE RAVENHURST

FRANCISCAE RAVENHURST





PROOEMIUM.

D*ic quid Natura necessarium fecerit, quid supervacuum, quam faciles leges posuerit, quam jucunda sit vita, quam expedita illas sequentibus, quam acerba & implicita eorum, qui opinioni plus quam nature crediderunt: Sunt verba Senecæ in Epist. 48. & simplicia & vera, quia veritatis oratio & ornamentum simplicitas est, & ad Aristotelis mentem evidentiam habet comitem, propterea vero & æstimanda & pensitanda; quo loco, quanquam de natura universi disserere videatur, nihil tamen obstat, quin effatum hoc ad Naturam Microcosmi applicari queat, quoniam in hoc tam Naturæ quam Vitæ & Legum, quas illa in œconomia vitali servare & observare solet, attentata atque prudens ratio habenda est. Utrumque enim memori mente Medicus tenere debet, quid Natura non modo fecerit, sed & conservaverit necessarium, quidve supervacuum commiserit & obrulerit: utrumque vero in comparatione ad vitam hominis dijudicandum est, utpote qui status, vivi nimirum corporis indicat atque commonstrat,*

A quam

quam planas, simplices & faciles leges à summo rerum humanarum arbitro, sive Natura Naturante Benignissima ordinatas, Natura humana servet, & quam placidâ & proportionatâ methodo vita potiat, & sanitate fruatur, si ad has leges constanter & legitime operationes suas ordinaverit & exercuerit, quin etiam eandem facilius restituat quo magis continenter hanc methodum secuta fuerit; quam vero contra & periculosum & perniciosum sit in exquirenda hac methodo & consideratione Vitæ plus speculationibus, traditionibus aut opinionibus inherere, quam ipsi rei & naturæ optimæ Medicatrici (si leges hæc affidue & modeste observat,) fidem tradere. Quid vero pro dolor! hodiernis moribus usu magis receptum est, quam multitudini opinionum sese immiscere, quasi necessarium sit mundum opinionibus regi! dum salebrofi illi anfractus, qui ad opiniones seducunt, & in illis animum distrahunt tandem detestandum præcipitium in abyssum incertitudinum & conjecturarum aperiunt. Et modo etiam tale fatum in Medicina non deplorandum esset, ubi animus sæpè multum *extra oleas fertur*, & supervacuis magis quam necessariis explicandis incumbit. Quid communius est, quam crassi corporis Theoriæ & statui mixtionis atque anthropologiæ Physiçæ magis inherere, quam animi & animæ considerationi simul animum applicare, præprimis cum verum sit quod *Socrates* professus, quod *oculus sine toto capite, caput sine toto corpore, & corpus sine anima sanari non possit*: propterea dignitas subjecti postulat, ut paulò majori industriâ inquiramus, quid animæ cum corpore? quem usum corpus ab anima nanciscatur?
cur

cur nexus inter animam & corpus in œconomia vitali debeat esse & subsistere indissolubilis? quàm vario modo anima corpus alterare possit? quid Moribus cum vita? cur vita nulla sine anima? quí morbi multirespondeant moribus? An vero tales & adhuc variæ aliæ considerationes in Medicina necessariae, & non supervacuae sint, experientur illi qui Naturæ plus quàm opinioni credunt. Ex hac enim cognitione & convictione fluit posthac prudens illud *Senecæ* monitum, *ut non tantum corpori, sed etiam moribus salubrem locum eligamus*, & quanquam hæc magis externam salubritatem attineant, tamen ad potiorum & internam morum moderationem & culturam argumentari, nulla ratio dissuadet, quin rectius commendat; inde eveniet, ut, si animus correctus est, motus etiam vitales legibus suis convenienter & propterea expedite procedant. Talem animi curam in Medicina etiam necessariam esse, ipse usus docebit, quin abusus etiam confirmat, quomodo corrupti Mores leges Naturæ & ordinem simplicem vitalem graviter offendant, imò, quomodo homines præ brutis propter eandem Moralitatis corruptionem, frequentius morbis subjiciantur: quò minus vero vicissim ejusmodi aberrationes & corruptæ constitutiones animæ humanæ observantur & comparantur, eò magis & mali tales Mores confirmantur, & per connexionem vita & sanitas frequentioribus & gravioribus offensionibus ac damnis subjiciuntur, ut huc valeat, quod *Pythagoras apud Stobæum* elocutus est: *Sicut corporis morbus absconditus non sanatur, sic nec anima cui malè patrocineris, sanatur*; & propterea velut inevitabile & perpetuum commercium sit animi insani cum

corpore infano, id est, ubi animus & corpus ægrotant; & cum multi Morbi partim ab animo immorigero & depravato causantur, partim etiam plurimi reliqui a malis moribus exacerbantur & deteriorantur, ita ante omnia etiam necessarium erit, animo corrigendo, compescendo atque curando, prudentem & sedulam operam dare, ne in omnibus circumstantiis corporearum solum causarum rationem habendam esse, dignum æstimemus: *imperiti enim est Medici uno collyrio omnium oculos curare velle juxta Hieronymum in Epist. ad Ephes.* ita non alius quam malus thesaurus est una indicatione, nimirum materiarum & nudi corporis tractatione, omnibus morbis, & omnibus subjectis mederi velle, quin potius scientiam Medicam magis illustrat & peritiam magis confirmat, si illius subjecti, propter quod & ex quo corpus vivum & sanum est, curatiorem & accuratiorem rationem & æstimationem habeamus, & quomodo illi etiam rationabiliter & efficaciter subveniendum sit, prospiciamus. De *Aristippo* Philosopho, refert *Cicero*, quod cum aliquando naufragium perpeffus & ad peregrinam urbem appulsus fuisset, illic cum magno lucro Mathefin alios docuerit, & ex suo exemplo asseclas suos admonuerit, ut tales thesauros acquirere & possidere gestiant, qui sine navi per mare natare possunt, non tamen perdi. Talem thesaurum merito etiam appellare licebit, quando non modo deperditis & corruptis moribus mederi possumus, sed & quando tali medela multis etiam morbis opem ferre valemus: & hic neque emplastro neque herba opus est, sed consilia & auxilia, imo artificia & arcana nobiscum sunt, quæ mare non devorare, terra

terra non absorbere, ignis non comburere, & aer non dissipare, neque homines auferre & alienare possunt, sed quæ divina omnipotentia (a qua etiam pendent) & ultimum fatum humanum (cum quo etiam exeunt) abrogare solent: quæ vero consilia & auxilia, si tam præservatorio quam curatorio scopo in justum usum trahuntur, non multitudinem Medicorum postulabunt, nam hæc ad *Platonis & Marsilii Cognati* effatum, *hominum majorem intemperantiam arguit atque prodit*, simul vero obfirmat, quo minus vel talia subsidia adhibeantur, vel admittantur: quam rara verohæc sit avis in Medicina, morbis videlicet eorumque certis circumstantiis, & multoties etiam fundamentalibus causis moralibus adminiculis mederi, res ipsa & dies docet, quam vero tractationem in Medicina necessariam æstimamus, quæ legibus naturæ morborum optimæ Medicatrici, confirmandis & stabilien-
dis apprimè satisfacit: propterea in animum induximus, ut peculiari studio, Academico quodam exercitio, de
THERAPIA MORBORUM MORALI fundamentalia ad minimum explicemus & commendemus: Huic vero nostro labori ut divina Benignitas clementer annuat, eundemque ita dirigat, ut Medicinæ Practicæ salutaris & utilis sit, est, quod devotis precibus humiliter exoramus.

§. I.

Priusquam ad propositum nostrum hanc *Therapiam Morborum Moralem* exponimus, placet pro meliori & faciliori intellectu intentionis nostræ, circa Titulum, pauca, ast necessaria præmonere & quidem 1) quid *Therapie* nomine intelligendum sit. 2) quid *Morborum* appel-

pellatio inferat. 3) quid per *Mores* accipi debeat, & quid tandem 4) *Therapia Morborum Moralis* sit. Quod *Therapie* significationem concernit, vix difficultas suboriri potest, si per *Therapiam* describimus *methodum* corpori jam *proximè* in *lesiones* propendenti, vel jam *actu* lationibus talibus obruto & correpto *medendi*, ita tamen, ut hæc methodus non simpliciter ad *nudum* corpus, ejusque solam constitutionem *Physicam* sive *materialem* dirigatur, in qua destinatione & applicatione, non aliam plurimum, exceptis crassissimis quibusdam actibus & operationibus, quam inutilem & vanam speculativisque intentionibus immeritam efficaciam exhibebit, sed ut ad principium illud corpori *inherens*, hocque motibus *conservatoriis* instruens, ejusque respectus, intentiones, inventiones atque leges vitali œconomix conformes, prudenter, providenter & temperanter dirigatur atque ordinetur; quæ posterior observatio & *Therapie* conditio consentientibus non modo, sed & momentibus & indicantibus veteribus Medicis imprimis *Hippocrate* atque sequacibus longè dignior atque præstantior est, quam prior; ob id *corpus* considerandum ut subiectum simpliciiori sensu *patiens*, cui lationes tales accidunt, quod propterea mediante illo principio œconomix corporeæ *indio* lationibus illis eripi, & pristinx sanitati, quantum quidem fieri potest atque licet, restitui debet. Hac vero ratione, *Therapia* in super maximâ curâ attendere debet, an in ipso illo principio quicquam subsit & occurrat, quod forte *ordini* exquisitè vitali non sufficienter congruit, cui posthac etiam, quantum iterum fieri potest, emendando atque qualitercunque disponendo, prudenter & continenter operam dare debet.

§. II.

Quod porrò *Morborum* appellationem & sensum attinget, vulgaris quidem horum est acceptio à Medica schola recepta, quod sint *lesiones* partium corporis mixtio-

tionem aut texturam aut structuram harum afficientes, quippe quo sensu ad trivalem definitionem *præternaturale* quoddam accidens inferunt, quod non aliter nisi tota sua essentia perniciosum esse debeat: talis vero morbi significatus, quamvis trivialis sit, vix tamen in *Experientia* familiaris aut frequens existit, cum plurimi morbi plus inferant, & quidem à nuda pernicie longè *alienum* quid, quam vulgò quidem creditur; pro hac vero tam digna morborum explicatione tradenda & assumenda, meretur eximè commendari illud paradoxon, quod tamen endoxon est problema, nimirum, quò usitati plurimi morbi, morbis tamen, id est, illis ægrotationum speciebus sponte *excuti* possint, imò frequenter etiam excutiantur: quapropter morbum quidem in genere vocare licet, illum statum à *consueto* sanitatis ordine atque methodo differentem, in quo tamen duplex notatu digna consideratio commendanda est, *primo*, quod in tali statu adsit quædam causa vitalitati *contraria* aut præjudiciosa, *secundo* quod tamen etiam adsint ejusmodi actus huic causæ *oppugnantes*: è tali verò consideratione iterum fluunt hi respectus, quod morbi plurimum agnoscantur ex hisce actibus, à *pristino* ordine, differentibus, deinde, quod paucissimi morbi ex causa *morbifica* materiali latente & noxia manifestentur; ut adeo hisce collectis, morbus qui vulgò læsio vocatur, plurimum sit auxilium sive *Therapia nature spontanea, noxiæ causæ opposita*, quem etiam significatum, ut œconomix vitali apprimè congruum nos etiam recipimus & ad usum nostrum applicamus, non exclusis tamen circumstantiis illis, quatenus natura humana diverso respectu, speciali *inventione*, singulari etiam *inventione*, gradu, tempore, loco, mensura, successu, ordine, effectu, eventu atque exitu discrepante, expugnationi morborum causæ intenta est: quo loco etiam pensitate attentioni commendamus, in iusta morborum cognitione, observandam illam essentialem circumstantiam, ut nimirum ratio ha-

bea-

beatur actus illius *autocratici* plurimos morbos absolvantis, & *principii* illius, actus hos exercentis & suppeditantis, qua intentione, qua resolutione, qua inclinatione & sub quibus concurrentibus & intercurrentibus *idealibus* respectibus vitæ humanæ succurrat, & sanitati restituendæ invigilet & inhæreat.

§. III.

Morum consideratio non minus planam & perspicuam explicationem meretur, quo eorundem Therapia in morbis & rationi sanæ magis congrua & experientiæ atque felici successui magis conformis sit: Unde quidem in genere *Mores* nihil aliud sunt, quam *motus animæ rationalis* i. e. qui non aliunde, quam ab anima hac pendent & quidem, uti ajunt, *efficienter*, in quantum videlicet consueto & vulgari ordine procedunt: specialiori vero significato sunt operationes animæ *idealibus* perceptionibus, æstimationibus & deliberationibus *objectorum* vel præsentium vel præfiguratorum, & vel propensionibus & inclinationibus in eadem, vel aversionibus ab iisdem, inhærentes, & tali respectu *Mores* sunt *ἠμφορὸν* sive animæ humanæ corpori inexistenti, *conmarum* quid, ex ipsa prima hominis *formatione* fundamentum suum capellens, (in quantum nimirum tales *Mores* per *individua* discrepant,) in ratione verò sive *Energia rationali*, animæ, etiam abstractivè consideratæ, generalem suam radicem agnoscens atque possidens: quo verò loco memori mente tenenda est hæc circumstantia, quomodo *Mores personales* sive diversis individuis familiares ad proportionem *Temperamenti* ita dicti *Vivi*, sive ordinum, consecutionum, successuum & progressuum Motuum vitalium, secundum differentiam partium fluidarum & solidarum contingentium & procedentium, exactè satis ordinentur & distinguantur, & ad hanc cynosuram in *hominibus* æstimandi & dijudicandi sint, ita quidem, ut quemadmodum proportio motuum *vitalium*, motibus animæ essentialibus sive *Moralibus* ita dictis, normam & regulam aliquam suppeditat, sic ex relatione
reci-

reciproca *Morum* ad corpus *vivum* inquiri & observari debeat, qua continenti temperatura, aut extravagante luxurie & immodestia, hi *Mores* cum motibus *vitalibus* cohaereant, quo respectu, qua firmitate, aestimatione & constantia, qua propensione & resolutione, qua denique perceptione & prosecutione, *scilicet* diversos, in oeconomia vitali obtinendos, comitentur, urgeant & ad exitum plenarium promoveant. Ex qua deductione facile colligere licebit quid *res* Morale tam in propria sua sphaera, quam in negotio vitalitatis & sanitatis collatum & consideratum, inferat arque significet.

§. IV.

Hicse ita stantibus, non difficile erit concludere & colligere, quid *Therapia Morborum Moralis* sit, nimirum illa methodus *Naturae* in diversis corporis laesionibus, offensionibus & molestiis abigendis, excutiendis & superandis *extraordinaria* motuum vitalium applicatione & directione *active*, certis etiam respectibus variantis *aestimationis* singularis *inclinationis*, idealis deliberationis, *sensibilioris* finium praefixorum prosecutionis & differentis *intentionis*, occupatae, medendi & subveniendi per consilia & auxilia respectibus illis plurimum *essentialiter* conformia à *physica* operandi ratione aliena & naturae *sensui*, *intellectui* & *voluntati* convenientia: ex qua definitione, praecipuae hae circumstantiae disquisitioni nostrae sese subjiciunt, quod *subiectum inhaesionis* sit *Natura* sive *anima humana*, quae in morbis diversis, imo plurimis, peculiare motus *intentionis*, *aestimationis* & *inclinationis idealis* exercet, qui vel moderatione & regimine, vel correctione congrua indigent, quae tamen *materiarum* juvantium (vulgò morbis opponi solitarum) *potestate* & efficacia *simpliciter physica* non inhaerent: quod *objectum adequatum*, circa quod haec *Therapia* versatur, sit ipsa illa anima vel singularis, vel *extraordinaria* vel *personalis*, vel per alias ideas immutata *intentio*, *inclinatio* & *aestimatio*;

B

tio;

io; quod *medium* corrigendis & ordinandis hisce respectibus idealibus aptum & necessarium, sit *nar' ἰσορροπία Morale*, objecto suo afficiendo apprimè conveniens; quod *finis* internus & proximus sit sanitatis vel periclitantis vel periculosis accidentiis obnoxia, restitutio, & corporis subiecti *conservatio* & integritas: quod totus *actus* non sit crassus, aut in sensus crassos & sensationes tales propriè incidens, sed subtilis, modestus, temperatus & tempestivus; quod *methodus*, quâ hic *actus* administratur admodum regularis & proportionata sit.

§. V.

Vix propterea necessarium est, ut peculiari nota dignitatem & utilitatem hujus tractationis atque laboris exponamus & commendemus: aut si unquam Medicinæ verbales, quas Corinthius quidam Rhetor, referente *Plutarcho*, adversus omnes morbos promisit, applausum & assensum merentur, sane hæc Therapia Morborum *Moralis*, quæ tam *verbalis*, sed simul rationalis, quam *realis* est, non minorem æstimationem promerebit; quò verò loco adhuc nostræ tractationi eximimus, superstitiosam illam methodum à *Platone* propositam & *Paracelso* propagatam atque eximè commendatam, qua carminicè morbis mederi liceat, quam hoc sensu superstitiosam vocamus, quoniam variis superstitiosis & lepidam credulitatem requirentibus circumstantiis præcipuè à posteriori comprehensa est, quamvis non negemus, quod ejusmodi subsidiis animus ita *affici* queat, ut pristinas *ideæ* deserat, & *novas* compositi, continentis, placidi & tranquillæ animi *inclinaciones* assumat, foveatque: quid quod à nostro proposito removemus illam methodum, quæ ex superstitutionibus Platonicis, & Paracelsisticis (quo etiam quædam Helmontianæ narratiunculæ, incognitum & confusum Archæum attinentes, referendæ sunt) fluunt, qua simulata sed impia pietate & sinceritate & adscititia potestate sanandi, quam multo prætextu adumbrant & adornant, morbos

de-

deprecarî vel fordîdus opilio pollicetur, vel inermis miles gloriatur, vel nafutula fœmina jactitat; talem interim Moralem Therapiam præferendam & commendandam effe judicamus, quæ fundamentis fanæ rationis & experienciæ folidæ congrua eft, quæ ridiculis fuperftitionibus libera eft, aut ad minimum talis effe debet, quæ Medicinæ utilitatem certiorum promovet, ejusque certitudinem atque dignitatem fuffentat & roborat, talem etiam dari, demonftrabimus.

§. VI.

Si vero Medicina Præctica *Moralis* datur, duplex etiam requifitum *Medicum Præcticum* devincit, fi hujus utilitatis ex Therapia Morborum Morali redundantis compos fieri gellit: *primò*, ut ipfe ita *moratus* fit, nî cœcus cœcum decipiat & in foveam five farcophagum conjiciat & præcipitet; cum vero de Medici decoro agere nervus Differtationis noftræ minimè poftulet, imo, cum ex reliqua thematis noftri explicatione proprio ftudio ad hanc circumftantiam pertinentia porismata duci poftint, huic rei feorfim exponendæ merito fuperfedemus, monemus interim brevibus, quod hoc decorum ad Medicinam Moralem neceffarium, magis *internas* dotes, quam externum fplendorem concernat, ne dum quis aliorum Medicus effe defiderat, ipfe ulceribus fcaecat, quo etiam non neceffario pertinet, ut ipfe Medicus fit per excellentiam & in fuperlativo gradu affabilis, ad converfationes & vifitationes præceptus, modo non in uno extremo peccet, quia alii præjudiciis infervientes, à tali Medico hoc officium vix fperant, ne dum quidem exquirunt aut poftulant, de quo nobis fermo eft: fed miffis omnibus ambagibus, *fecundo* absolute neceffe eft, quo Medicus non modo in genere Doctrinæ Moralis gnarus, fed etiam hujus Therapiæ Moralis exactè confcius fit, ne vel præter neceffitatem fubjecta medicaminibus & formulis obruat & moleftet, neve nihil fine materialibus auxiliis agere poffe videatur, imo ne plane fe prodatur, quod hujus tam dignæ

gnæ considerationis (quod Mores etiam plurimum diversis morbis jungantur) nescius sit, & solum *famulus corporis*, non vero *Minister Naturæ* existat; ad quam quidem multum provocare quotidianum quid est, illam vero condignè agnoscere sane non adeo frequens quid existit: hæc vero prædicta cognitio quantum Medicinam plus adjuvet quam alia experimentandi luxuries & speculationibus magis quam demonstrationibus inclinans libido, illis innotescet, qui res tales sine præiudicio tractant & perpendunt.

§. VII.

Antequam vero propius propositum nostrum accedamus, monemus iterum, quod proximum subiectum Therapiæ Moralis sit *Natura* hominis, sive *anima* rationalis; quemadmodum absonum esset corpori ejusque constitutioni *materiali*, Moralem medendi methodum dicare aut ordinare, & *citra* concursum, commercium aut nexum *Naturæ cum corpore*, mores & *et* morale cum physico *corporis* statu confundere velle; unde hæc *Therapia* directè & proximè *animæ* destinata est, in quantum hæc subiectum corpus talibus motibus motuumque ordinibus atque progressibus afficit, instruit & regit, hosque motus sub certis respectibus *idealibus* & inclinationibus exercet & persequitur, ita, ut hi *progressus* horum motuum vitalium conveniant cum animæ diversa reflexione, *estimatione* & intentione *morali*. Quâ occasione eximenda & removenda est illa difficultas, quæ hoc assertum preinere videtur, quasi anima Therapiæ Medicæ *subiectum* esse nequeat, quæ cum *incorruptibilis* sit, propterea etiam merum ens *activum* existat, neque quicquam patitur, sed quod sit *et* abis, tanto magis quod anima ut *immaterialis* substantia, à corpore, ut principio materiali nullam *passionem* subire possit, quod etiam propterea neque liceat neque possit, per *media* quandoque materialia, quæ à nobis animæ grata & accepta vocantur, anima ad placabiliorem, tranquilliozem & temperatiorem ideam

ideam promoveri, quia *corporeum* quid animæ substantiam
 five *essentiam* alterare, afficere & lædere non possit : in hac
 dubitatione jam veteres Philosophi constituti fuerunt, quam
 etiam propagarunt in posteros, & recentiora tempora, ut
 propterea adhuc dubium moveatur, quasi anima ad *alios*
 mores, & ideales respectus per adminicula quandoque *ma-*
terialia promoveri non possit, ex quibus & ad quæ, ideam
 suavitatis, amœnitatis, aut averfionis & abhorrescentiæ for-
 met, & secundum *illam ideam* motus præsentis connexos
vitales quantisper variet, quæ Therapia à morali etiam me-
 dendi methodo non penitus excludenda est, cum in æsti-
 mationem animæ moralem operetur : quò vero hæc diffi-
 cultas breviter eximatur, verum quidem est quod substantia
 five *essentia* animæ sit *passionis*, imprimis quam arguunt,
physica expers, nam quæ de *contactu* mutuorum subjecto-
 rum plurimi requirunt, illa hîc deficiunt, cum anima non
 habeat superficiem, aut planitiem, aut punctum Physicum,
 cum quo contactum cum corpore subire possit : at quantum
paribilitas animæ non hæreat in *essentia*, tamen illa
 invenienda & agnoscenda erit in *energia* & *activitate* ejus-
 dem per *sensationem* efficaci, per quod medium anima hu-
 mana *objecta* extrinsecus insultantia *patitur*, eademque post-
 hac ita perpeffa percipit, deliberat, æstimat & applicat : un-
 de etiam comprehendimus, quantis limitibus hæc activitas
 animæ circumscripta sit, ut non possit (quamdiu confide-
 randa est, ut principium œconomix corporeæ *ἡγεμονικόν*.)
 agere in *infinitum* (unde ipsa ab *infinito* admodum abhorret,) quia, si modo in numericos respectus sese simul diffundit,
 ita sese etiam confundit, ut inde non nisi difficulter iterum
 emergere queat : propterea etiam hæc animæ *activitas pati-*
bilis est in suis instrumentis five *organis*, ita, ut hæc libertas
 five *quantitas* animæ agendi cum subjecto suo corpore, ite-
 rum admodum limitata sit ; nam cum organa hæc facile lædi
 & affici possint, sequitur, quod cum læsis instrumentis ani-
 ma

ma nihil salutare aut congruum operari queat ; ibi evenit, ut nonnunquam motus tales in organis lædantur, sive offendantur, minime vero ipsa anima, quæ ratione suæ essentiæ semper incorrupta est; quo respectu activitas animæ *immanens*, sive animæ potestas movendi nihil patitur, emanans vero & in concreto considerata, quatenus in partes excurrit, variis perturbationibus & confusionibus subjecta est.

§. VIII.

Cum vero Therapia Morborum Moralis versetur circa peculiare Naturæ *Mores*, secundum quos methodus motuum vitalium in plurimis morbis vel generaliiori *convenientia*, vel quandoque specialissimo *nexu* ordinatur, dirigitur & exercetur; ita singulari studio & attentione inquirendi & explicandi erunt illi *Mores* Naturæ humanæ, qui in *morbis* Therapiâ indigent. Non placet jam excurrere in illas explicationes & demonstrationes circa *res* occupatas, quod nimirum plurimi *morbi* certis *morbis* stipentur & secundum horum conditionem administrantur, imo quod vicissim ad certam constitutionem corporis & quidem *progressus* motuum vitalium per corpus, discreti mores exerceantur atque innoventur, utpote quæ consideratio jam plurimis vicibus publicis scriptis attentioni & animadversioni exposita & commendata fuit; unde hæc solum curationem disquisitionem merentur, quæ propius ad scopum nostrum pertinent. De bonis itaque atque convenientibus *Morbis* nihil suppetit quod hoc loco dicamus, sunt vero illi *Mores* Therapiam postulant, qui *legitimæ* methodo *vitali*, *expeditis* motuum vitalium *successibus*, congruis viis, locis & partibus, iuxta quantitatem movendam & emovendam, convenienti motuum administrandorum gradui, opportuno atque recto tempore, imo denique proportionato & ad corporis utilitatem pertinenti effectu, eventui & exitui, quantisper præjudiciosi, alieni, si non, certo respectu contrarii sunt: quicumque itaque mores naturæ, non directè, ad
æqua-

æquatè & simpliciter corporis conservationi, sanitatis restitutioni, & totius œconomix vitalis durabilitati, integritati & qualicunque firmitati conveniunt, illi Therapiâ indigent, si morbi ad salutarem finem excurrere debent.

§. IX.

Et quemadmodum indicante Salvatore, hominis inimici sunt ejus domestici, ita certe tales *mali* Mores sunt hominibus domestici hõrumq; *inquilini*, ex quibus non modo in statũ ordinariæ sanitatis multa damna propullulant & redundant, sed & in periclitante sanitate varia nocumenta emergunt, exemplis & testimoniis non paucis, sed fermè quotidianis. Loquimur hoc loco de *consuetis* hominum Moribus per *individua* quidem discretis, sed hisce etiam propriis, quos *Temperamento* adscribere solent, & ex qua circumstantia illi homines in malitia & malis Moribus perseverare gestientes, errores suos atque vitia Temperamentum suum accusantes, quasi defendere laborant: & quemadmodum tales Mores in quantum ex *proportione* motuum vitalium cum corpore subjecto fluunt, abstractiori conditione considerati, non statim mali sunt, sed ab anima hos mores *applicante* & diversimodè exercente mali, alieni, perverfi & pravi redduntur, quia hæc sunt deplorandi lapsus generis humani documenta, ita hisce etiam rectè dirigendis, moderandis, temperandis & refrænandis tam ipsa anima ita moraliter ægrotans, curam & desiderium habere, quam ipse Medicus harum rerum conscius prudenti Therapia succurrere debet.

§. X.

Innotescit propterea in quos *malos* mores *Sanguinei* Temperamenti homines propendeant imo delabantur, quibus mederi & necessarium & æquum est; hi enim cum in moralibus advescant *idea*, proportionis, successus & progressus motuum vitalium, ut talem ideam sequantur in actionibus

nibus *moralibus* administrandis, simili *intentione* destinandis, & respectu acquirendi finis similiter *estimandis*, ita omnia reliqua cum quibus conversantur & conveniunt objecta securè, liberè, facilè & promptè tractant, negotiis etiam facilè absolvendis, ceterumque exercitu & tractatu facilibus operam dant, de facili eorundem successu gaudent, & effectus atque fines inde emergentes & socios amant, & cum *voluptate* prosequuntur: *ardua* & difficilia verò averfantur, *periculosa* metuunt, quibus si inopinato irretiuntur, propterea *anguntur*, trepidant, perturbantur, imò tandem sub anxietate tali *desperant*, de reliquo verò non admodum circumspectè sed *vagabundè* & impatienter cum objectis suis congregiuntur & conversantur, atque res gratas, lætas, qualemcunque *luxuriam* offerentes, amant & prosequuntur: tales, licet quidem ob congruam proportionem inter fluidas atque solidas partes, rarius ægrotare *possint*, quid quod morborum *insueti* sint, tamen ob nimiam suam *securitatem* tandem ægritudines incidunt, in illis vero, si *leviores* fuerint, impatientes & *incontinentes* sunt, adeoque facile malum augmentant; si malum *gravius* fuerit, *anguntur*, trepidant, timent mortem, *desperant* de sua vita cum maxima *angustia*, & desiderio hâc aliquandiu adhuc gaudendi, horum totus animus est *abjectus* confusus, irregularis, modo in suavitatem vitæ & sanitatis, quâ frui gestit, idealiter excurrrens, modo de periculo mortis trepidans, modo ob vitam antea malè actam *future* metuens, & ex singulis hisce moribus in gravem *anxietatem* & *pulsanimitatem* incidens; propterea opem undecunque efflagitat, in medicamentorum usu prodigius est, præprimis si non cito juvant, aut non evidenter & statim sensibiliter malum leniunt, desiderant ejusmodi homines talia quæ roborationi conciliandæ inservire possent, tanto facilius vero assument illa quæ gustui *lenocinantur*, unde cordi eximium robur accedere sperant: amant Medicos

dicos qui optata loquuntur, solatium afferunt, & horum
 misericordia capiuntur &c.

§. XI.

Tales itaque mores, & qui adhuc alii, hisce congeneres,
 Sanguineis familiares occurrunt, quoad nexum suum de-
 scripti, cum in morbis justo, efficaci, constanti & expedito
 motuum vitalium progressui non leviter impedimento sint,
 ut propterea effectus salutare multos amphiboliis & anxiis
titubationibus expositi sint, aut aliena, modo extravagante
 modo inordinata methodo, non raro in hisce subiectis ur-
 geantur & decurrant; unde jam in vulgus nota est observa-
 tio & experientia, ut illi homines, qui *rarius* graviter ægro-
 tarunt, quales sunt Sanguinei, quando *tandem* morbum ali-
 quem fonticum incidunt, vel in illo pereant & succumbant,
 vel diu illo decineantur, neque finem ægotandi citius affe-
 quantur aut inveniant, cui circumstantiæ etiam jam vulgus
 rationem reddere novit, quia videlicet morbis *adsuesi* non
 sunt, neque illis rectè subeundis & *deducendis* habiles aut
 compotes existunt; ubi illud valet: *quandoque rectum vi-*
det populus, &c. quoniam Natura *extraordinariis* metho-
 dis vitalibus adfreta, officio suo longe facilius, citius & ex-
 peditius defungi novit & solet; cum vicissim in *Moralibus*
 res sit nota & quotidiana, ut, qui actui aut officio admini-
 strando *non adsuetus* est, in eodem & *difficiliorem* & segnio-
 rem, imo quandoque plane confusum successum experia-
 tur: ita hisce offendiculis *ex idealibus* Sanguineorum res-
 pectibus, motibus, intentionibus, destinationibus, æstimationi-
 bus, reflexionibus, uno nomine *moribus*, emergentibus &
Morbos eorundem communiter prementibus, ferenda pro-
 pterea est congrua Therapia Moralis, quo reliqui motuum
 vitalium progressus salutari successu, effectu & eventu po-
 tiantur.

§. XII.

Ob id certe necesse est, quo hisce Sanguineorum Mo-
 ribus

C

ribus hac Therapia Morali subveniatur, ut Medicus eorundem animum *abjectum* erigat, statum ægrotationis prudenter indicet, periculum quod forte subest non *terrificis* expositionibus aperiat, nedum quidem Patienti confestim aut cum *anxiis* commemorationibus explicet, multo minus lethalem eventum *coram* prænunciet & de restitutione penitus *desperandum* esse asperere & austere prædicet, quoniam alias ejusmodi homines ad desperationem talem proni sunt; tanto magis vero evitandæ sunt *incipites* prognoses, aut ambiguae declarationes; nam amant hi patientes *categoricam* explicationem, unde metuunt Medici *taciturnitatem* & silentium ad interrogata, morbi statum & eventum concernentia, imo trepidant si Medicum sæpius aut aliquoties humeros attrahere, frontem corrugare & caput quassare conspiciunt: porro, maximo studio cavendum est, ne morbum *graviores* & periculosiores enunciet, unde magis anguntur ægrotantes & in tolerabiliorem, quem perferunt, statu, *precipitem* tamen & *funestum* exitum, imo gravissimum eventum, expavescunt, maxime vero de *Apoplexia*, *Catarrho suffocativo*, aut ne animam cum cruore simul & semel & subito effundant, anxii & solliciti sunt in tali circumstantia: præstat itaque talibus ægrotantibus *animum* addere, & ut *confidant* atque sperent, eos animare & admonere, statum non esse ita deperditum aut desperatum, adhuc superesse tempus & subsidia emergendi, benedicente altissimo, modo ipsi ab *anxiis* & *perurbationis* speculationibus abstinant, ne propterea morbum deteriores reddant, sed bona contentia, *quiesco* animo & justo regimine Medici consilii constanter & temperanter auscultent, imo reliquo *ordini* & *methodo* medendi assidue obtemperant, quoniam facile tales patientes pro salvanda vita quicquam committunt, quod methodicæ morbi tractationi contrariatur: quin præstat tales admonitiones aliquoties *repetere*, quia facile in *pristinam* suas anxietates relabuntur & hæc singula *placido* vultu Medico

dico committenda sunt, è quo ægrotantes non leve f a ium capessere solent, ut Medico magis *confidant*, & ut ita reliquæ exhortationes ac consilia alia promptiori obsequio fulciantur: non vero expedit ita decumbentes *magnis* promissionibus in *temerariam* securitatem trahere, sed in hoc negotio prudenter procedere, ne habeant aut obtineant illi causam ex qua Medici famam & artem suspectam reddere possint, aut objurgare, quam malè hucusque animum leniverit & confopiverit, nunc eventum docere, rem male actam, modo maturius dixisset, eò deventurum esse morbi statum, quo rebus suis melius consulere potuissent, abhinc in majorem anxietatem & perturbationem delabuntur: cum perspicuè advertant, occasionem esse præcipientem, neq; hic commorandi, multum temporis adesse; unde nihil temere, nihil timide, & nihil negligenter in hac Therapia committendum est: licebit vero adhuc certo respectu ad hanc Therapiam ducere illud auxilium, mediante quo *æstimatio jucundi, grati, & accepti* excitari, & *idea* anxietatis atque pusillanimitatis quantisper *demulceri* potest, ita quidem, ut ex oblatione talium subsidiorum patientes ideam *jucunditatis* forment, & *pristinæ anxie* ideæ in tantum obliviscantur. Sunt vero talia subsidia, quæ *odorem & gustum* ægrotantium blande afficiunt, *animum* rescipiunt & *activitati* sive *resolutioni* naturæ motoræ excitandæ & intrepidè continuandæ subveniunt; sint vero illa talia, quæ etiam conditioni morbi & perceptioni animæ benè *conveniunt*: in hanc classè referimus etiam colloquia & visitationes ab amicis intimioribus admittenda & svadenda, modo abstinent ab odiosis commemorationibus, ut funeribus & repentina morte oppressis, &c. & aliis ad tales occasiones non pertinentibus actionibus.

§. XIII.

Non minus moderamen in morbis *Cholerici* Temperamenti homines requirunt, quorum *Mores* ita sunt constituti

ut Therapia quadam morali indigeant, tanto magis vero expedit iisdem succurrere, quo magis in morbidis vel dispositionibus vel etiam actualibus talibus schematibus, motuum vitalium successum & progressum *comitari* solent: cum enim in Temperamento Cholericoadsit satis congrua proportio *Motus* ad humorum *mobilisatem*, & mobilitatis iterum ad motus, propterea Mores vegeta illa & *inrepida* aetivitate in vitalibus occurrente, nituntur, ita ut negotia *fortiter* atque *srenue* sine ulla formidine, sed potius cum *audacia* rebus arduis atque periculosis resistendi & vegetè oppugnandi sub spe acquirendæ *glorie* tales homines aggrediuntur, *otia* tamen semper averfentur, & impatienti, agili tamen, sibi *nimum* fidente, vigili & *impetuosa* alacritate se se periculis & adversis accidentiis opponant, unde facile *exorbitare* & prædictam proportionem *excessiva*, vehementi, impatienti, immoderatâ, præcipiti, impetuosa, audaci, temerariâ, infatiabili, imo tandem *desperabundâ* aetivitate lædere & offendere solent, tum in tractandis negotiis, extraordinariis quidem, sed *levioribus* adhuc, quorum mitiorem statum tales homines & parvi faciunt, & non diu eidem immorantur, adeoque in congrua eorundem tractatione & directione *præstinati*, tum in expediendis *gravioribus* & periculosisioribus, ubi communiter *audaces* sunt, & *vi* atque *impetu* superare laborant evidens & eminent periculum, neque semper *modum* in vindicta servare sciunt, sed multocius & *tempore* & *mensura* excessum committunt: quod si vero objectum adversum & periculosum *non satis* maturè huic aetivitati cedere videtur, tunc præfixum finem majori impatientia, incontinentia, immodestia, quin furibunda quadam agitatione prosequuntur.

§. XIV.

Dum vero tales Mores, Natura Cholericorum in vitali negotio similiter exercere solet, ut exinde justo, convenienti & continenti successui motuum vitalium non leve offen-

offendiculum & præjudicium accedat, dum quidem in genere Natura humana *corporis* conversationem, objecti *morbifici* excussionem & expugnationem, quin *sanitatis* restitutionem *genericè* bonâ intentione & respicit & urget, sed executione, inventione & methodo nimis severa, immoderata, aspera, crudeli, & rigorosa persæpe profequitur, ut *eventus* non respondeat *intentioni*, propterea necesse etiam est, ut hiis moribus prudenter & rationabiliter *moderetur* Medicus, illis videlicet subsidiis, quæ moribus talibus exactè conveniunt, ne motus *impellat*, ubi jam proxime inclinant ad impulsum & impetum (nam facilius est movere quietum, quam quietare aut cohibere motum, quod problema *Platonem* annulo suo insculptum gestasse historiæ referunt :) ne activitatem Naturæ *estimulet* & urgeat, ubi jam prona est & *resoluta* ad excessum, ne effectum prosequatur, si jam *sponte* succedit, quoniam facile talis natura *limites* sufficientis quantitatis & moduli prætergreditur, ne tandem talia interponamus, quæ congruis *successibus* motuum vitalium impedito sunt, ut propterea natura in majorem fervorem & impatientiam, affectui & salubri effectui plane contrariam, degeneret.

§. XV.

Unde cum Choleris circumspicere & prudenter verari decet, quia sunt homines præ aliis *sensiles*, præcipientes, iracundi, sed majori intellectus *acumine* præditi, qui in morbis ad continentiam & *patientiam* magis admonendi sunt, & quo malum hoc ita dici solitum, strenuo sed *composito* animo perferant, instruendi; quid quod proficit evitare causas & occasiones, ex quibus ullo modo *irritari* possunt: præsciendus ipsis & interdicens sedulo est excessus, sed hæc non *nimis* sæpe ipsis recitanda sunt, aliàs facile stomachantur: *opportuno* etiam tempore extra dolorum, inquietudinum, æstus &c. acerbiter ad hæc admonenda sunt, nam sub illis ægerrime perferunt adhortationes & reformatio-

tiones: *directe* ipsis resistendum aut interdicendum quid, non est, sed potius cum temperantia & *lenitate* consilia talia moralia ferenda sunt (quanquam Sanguinei temperamentum homines paulo magis obsecundant, si in casu necessitatis, quando consiliis suppeditatis obtemperare diu resistunt, cum aliquo severitatis austerioris affectu admoventur, ut vel prædictis consiliis obsecundare suscipiant, aut sinistrum sui morbi effectum & eventum experiri) abstineat proinde Medicus à multis aut liberalibus aut *phaleratis* promissionibus, quæ ægrotanti valde *suspectæ* sunt, & confidentiam præcindunt ac imminuunt: exponat potius morbum fide digna & rationabili declaratione & connectione, ut habeat patiens, quo niti & animum atque fiduciam suam dirigere debeat: periculum ne occultet, sed modeste, congrue & tempeſtively indicet, simul vero explicet, quo animi *moderamine* atque *continentia* præter alia subsidia averti, & qua perturbatione & inquietudine promoveri, exacerbari & accelerari queat: nec non, si morbus *vilioris* momenti est, aut planioris & *simplicioris* indolis, commemoret, & qua simplici via expugnari possit, recenset, ne patiens in *adversas* ideas & speculationes ruat; magis vero quicquam condonare & quantum fieri potest *indulgere* suscipiat Medicus ægrotanti, quam ubiq; austerè opponere, obloqui & contradicere, unà vero fideliter & perspicue adjiciat, quid de hoc aut illo committendo vel omittendo sentiat; præjudicium illud, quod *vis vi* pelli & expelli debeat, convenienter dissuadeat & animo eximat, ne præcipitem & acceleratū morbi exitū *voveat* patiens, placidè moneat, quum nimia *festinatione* determinati morbi, vix *constantem* sanitatem promittant; necesse potius esse, ut morbi *jusso ordine* excurrant, mori quidem semel necesse esse, jam vero vita fungi debere, incertum esse, unde continentia & patientia opus esse, ne mortem nostram non modo non anxie *metuamus*, non vero etiam per incuriam aut impatientiam *promoveamus*

mus & acceleremus: statum morbi in utrumque exitum inclinare, *bonum*, sub bono animi moderamine, *sinistrum* vero, sub inquietis & intolerantibus ideis, explicet; maxime vero abstineat Medicus, ne sua culpa quicquam committat, quod *alienos* Cholericorum mores extimulare potest, ne patientem remediorum *multitudine* obruat, quia *selectum & paucitatem* amat, unde farraginem talem impatienter adversatur, incertum eorundem effectum non raro arguit, & quandoque austerè & iracundè verba effundit: quid mihi cum tanto apparatu, si spes reconvalescentiæ subest, non opus erit tanto remediorum cumulo, forte mecum experimenta instituire cogitat Medicus incertus &c. abstineat à medicamentis adversum valdè saporem conciliantibus, & inconditis miscelis, imprimis vero ab *effeminatis* consiliis & auxiliis, lepidis *narratiunculis* ebuccinari solitis, quæ ægrotanti animum movent & tædium faciunt: maxime vero vel parum supra vulgus sapientes tales patientes consilia fratriæ, comæ, materæ fastidiunt &c.

§. XVI.

Licebit adhuc hisce vestigiis insistere, & porrò *Melancholicorum* hominum *Mores* morbis quantisper *prejudiciosos* annotare, iisdemque *Therapiam* ordinare & recensere; imprimis vero refert horum mores exactè nosse, eorundemque respectum *finalem* bene intelligere, quia varii illorum sub aliena larva occurrunt, in hisce enim subjectis cum motuum vitalium *progressus & successus* multis *impedimentis* expositi sint, ob malam *humorum & partium porosarum* convenientiam, & propterea status corporis *suspicionem & diffidentiam* plenus exultat, ita eadem subjecta non facile *presentibus* fidunt, imo de *futuris* valdè *diffidunt*; aut admodum multas *suspiciones* ex iisdem trahunt, multo minus unquam vel in presentibus vel futuris *securitati* indulgent, sed semper *malum* successum aut *sinistram* eventum metuunt, neque facile *aliis* confidunt dum *de se* fiduciam abijciunt; re-

for-

formidant res *arduas*, *difficiles*, imprimis vero *periculosas*, cum magna anxietate; circumspēcti interim sunt ejusmodi homines cum *suspicionē* multa in suis negotiis, tardi in resolutionibus & executionibus, diu deliberantes, donec aliquid aggrediantur, ab *expeditiori* & *celeriori* quorundam negotiorum determinatione & prosecutione *alieni*, semper mala *metuentes*, vires suas *simulantes*, aut ad res *graviore*s non applicantes, in operationibus suis tamen admodum *contumaces* atque fixi, neque *facile* sensiles, *semel* vero irritati & provocati, *furibundi* & difficulter compefcibiles, ne *mortem* quidem expavescentes, quin etiam tandem in alterum extremum proni, videlicet in consiliorum & auxiliorum *amissionem*, & tali effectu *desperationem* suam sistentes; diu alias energiam & vires suas denegantes, occultantes aut retinentes, valde meticulosi de periculis atque damnis, maxime vero *opes* suas offendentibus, unde quidem *mortem* non tam eximie expavescent, cum indies vivant, ut *morientes*, aut lethiferis effectibus obnoxii: quare in omnibus suis actionibus sunt vel diffidentes vel suspicaces, vel anxii, vel, præter necessitatem eximiam, solliciti, vel meticulosi vel desperabundi, communiter avari vel occulti & secreti, vel tacite certis finibus & respectibus intenti & invigilantes, vel contumaces, vel post longam moram & multam irritationem ad abigendum periculum confuse desperati & furiosi, vel contumaciter ab omni oppositione salutari & necessaria alieni ac adversi.

§. XVII.

Recensiti tales Mores illi sunt, qui etiam persæpe *morbos* Melancholicorum alterant & offendunt, de quibus nobis præcipue agendum est, nam reliquos mores commemorare ad propositum nostrum non pertinet: hisce vero descriptionis opem ferre præcipue proficit, quia tempestivo, ordinato, sufficienti & convenienti effectui & exitui non raro contrariantur; & cum relatio spissiorum, minusque *mobilium*
humo-

humorum ad arctos, strictos atque *angustos* poros, quasi *ipsa* pro morbo, certo respectu, agnoscenda sit, ita tanto magis eandem prædicti mores præ reliquis prædominantes aut contumacius & immoderatus insistentes, afficiunt, ut *difficilibus* atque impeditis valde successibus non satis *opportuno* tempore succurrat natura, quia ob consuetam tarditatem & suspicacem circumspectionem in resolvendo & resistendo non raro *inanas* prætermittit, quem defectum posthac & *contumacia* & intensiori vigilantia compensare laborat; aliquando vero superandis impedimentis motus in genere quidem congruos applicat, at successu *pertinaciores*, neque multum remittentes, sed severè & austerè *insistentes*, ad fines præfixos, licet tardius, attamen *obstinatè* decurrentes: quandoque etiam *ambigunt* hi motus inter *elustationem* & *eruflationem*, sive molimen & exitum, quandoque vero natura de salutari *eventu* desperat & necessarios motus omittit, si non, plane amittit, & ita talibus & adhuc aliis pluribus circumstantiis obsignat concursum descriptorum Morum cum motibus vitalibus.

§. XVIII.

Ferenda & ordinanda est Therapia Moralis hisce subiectis, quo motus ejusmodi vitales certiore salutarem effectum & eventum assequantur: cum vero præprimis Melancholici, non tam *morbum* aut mortem, quam expensas atque *sumptus* metuant, atque nullam culinam majora impendia requirere & credant & recenseant, imo etiam doleant, quam Pharmaceuticam, ita amant *paucitatem* confiliorum & auxiliorum, qualescunque sumptus requirentium, non tam suæ vitæ & sanitatis causa, quam thecæ nummarie gratia rogant repetuntque (ne oblivioni tradatur) ne Medicus ipsorum naturam cum multis medicamentis obruat, sed ipsi quicquam laborandum & expediendum committat & conferat, imo cum mox inquirent, si Medicus quicquam ordinavit

D

quan-

quanti forsan constet præscriptum medicamentum, ita si pretium indicatum ægrè afficit nostrum melancholicum, hic mox postulat, ut modo ejusdem dimidia quantitas præparetur, se velle experiri, an etiam conferat & proficiat, tunc reliquum adhuc præparari posse, si profecerit, indicat; interim tacite secum deliberat, si non juvat, non opus esse tantis expensis, si vero juvat reliquum naturæ committendum, & ita reliquis sumptibus commode parcendum esse, cum natura communiter paucis sit contenta & superflua noceant, quin œconomia etiam paucis gubernari possit &c.

§. XIX.

Propterea absteat Medicus, ne *diffusam* atque *prelixam* medendi methodum aut suscipiat, aut recenteat, aut commendet, aliàs facile animus patientis concidit, & in curas, sollicitudines & ærumnas, conjicitur; maximoperè vero à *pretiosorum* ordinatione & commemoratione abstat, aliàs nonnunquam ita contremiscit & confusus redditur patiens, ut in animi deliquia fermè propendat, pro excusatione enim adducit, se pretiosa perferre non posse, quia hæc illud nimium commoveant: unde rectius *simplicior* methodus seligenda & ordinanda est, quam firmiori animo admittit, eidemque majori confidentia & tranquillitate sese submittit; præstat etiam ægrotantes mediocriter excitare, & ad *alacritatem*, spem bonam & fiduciam certiore admonere, infirmitatem quidem corporis & affectus constitutionem non reticere, interim illos simul adhortari, ut spem suam magis in Deo collocent, bonis consiliis auscultent, rebus alienis & terrenis non tam streue & anxie intenti sint, non tam aliena mala expavecant, aliàs fore, ut morbus non modo magis refractarius, contumacior, & durabilior reddatur, sed & in gravius schema conjiciatur, aut post moram & multum cruciatum funestum eventum assequatur, Commiserationem porro fidam & sinceram lubenter per-

perferunt tales patientes, atque consolationem piam faciles admittunt, indeque etiam non leviter eriguntur: in Medico *ambages & æquivocas* locutiones, operationes & actiones averfantur, candidam & aperto pectore oblatam commendationem & admonitionem animo contento assument, cum garrulitate vero & sciola jactatione declamata explanationem fastidiunt, memores illius, quod veritas seipsam comprobet, neque indigeat tantis grandiloquis explanationibus: in *arduis* successibus semper *erigendi* sunt, quin etiam frequenti sed & convenienti alloquio & colloquio excitandi, ne aliis speculationibus incongruis nimium indulgeant: caveat etiam Medicus ne *nimis frequenter* ægotantem talem visitet, nam metuit hic aliàs accrementum sosti & ægre perfert frequentiore illius presentiam atque aspectum, interim facilius atque lubentius perfert, si Medicus ad *aliquot dies* consilia, auxilia & cautelas commendat, & postea iterum ipsum visitat, aut invitationem novam expectat: in dubiis speculationibus non confirmandi aut tolerandi sunt, sed quantum fieri potest firmioribus causis, rationibus & indiciis certiorandi, prudenter etiam ad alias ideas promovendi, ne uni & alienæ quidem rei pertinacius incumbant: ab *animi pathematibus* omnistudio arceantur: evitandæ subinde sunt morosæ, austeræ atque acerbæ admonitiones, aliàs ægotantes facile *animum*, spem & fiduciam abjiciunt: quin providendum est, ut à conceptis fastidiosis ideis tempestive, sed etiam successive avocentur: expedit etiam ipsis aliquando *analeptica*, & illa quidem, quæ facile perferre possunt, offerre, sed *opportunis* temporibus, & non nimis frequentibus repetitionibus, quò cum illis ad tranquillioram & de bonis successibus magis gaudentem ideam promoveantur.

§.XX.

Denique etiam quarti hominum & morum generis mentio injicienda, ut ex cognitione *simpliciorum* actionum

facilior institui possit transicus ad *mixture*s talium Temperamentorum & morum, præprimis in hisce observandorum: *Pblegmatici* itaque qui dicuntur Temperamenti homines admodum inepti sunt ad felicitatem quandam pertingendi, ob nimiam quietem, *negligentiam* & torporem animi, utpote qui mores non modo motuum vitalium ordine, moderate & progressu nituntur, sed & in morbis talium hominum variis *misstris* successibus inferendis & confirmandis intervunt: hæc ignavia, hic torpor, hæc *incuriosa* rerum tractatio & *obliviosa* conversatio, hæc somnolentia, hoc animi fastidium, hæc segnities, hæc *otiosa* & nonnunquam stupida objectorum agitatio & confusio, hæc minus *agilis* sensibilitas, minusque *scilicet* attentio, rerum *consoetarum* negligentior observatio, & rariorum, sive magis insolitarum *incuriosa æstimatio*, sunt tales actus, qui in moralibus & vitalibus non exiguis difficultatibus parvuriunt. Cum enim *necessarios* labores averfantur, *ardua* vero negotia abhorrescunt & metuunt, quin vel utrorumque facile *obliviscuntur*, vel si periculum quoddam imminet, in stupidam resistendi actionem & fatuam quasi resolutionem transeunt, vel desperationem tam stupidam quam attonitam incidunt; cum porro qualiacunque sua negotia *inordinatè*, confuse, negligentiter, incuriosè & non raro imprudenter aggreduuntur, prosequuntur & exequuntur, cum in actionibus suis *tardi*, inconstantes, & præ ignavia vagi sunt, cum rebus seriis minime proportionata attentione & æstimatione intenti, quin cum plurimum *opportunitatem* temporis & occasionis prætermittunt, & vel plane ejusdem obliviscuntur, vel iniquo plane tempore ad aliquales actus sese accingunt, vel ferò tandem concurrunt; cum quandoque præter spem & opinionem in quibusdam plane perversis negotiis *tenaces* existunt, cum res *accidentes* & intercidentes non statim percipiunt, non *tempestivè* advertunt, neque convenienter satis dijudicant, adeoque *insensibiliores* sunt, cum ordinem &

me-

methodum in exercendis quibusdam negotiis pro re arduo, imo quandoque non necessaria & inutili habent, cum à sensatione assidua magis abstinent, & somnolentiæ atque stupori indulgent, ita mirum esse nunquam potest, cur Morbi Phlegmaticorum tam *confusis* progresibus expositi, & perverſis schematibus comprehenſi ſint.

§. XXI.

Quid & quantum ejusmodi perverſi mores efficiant, convenientem morborum typum impediant & circumſtantias illas pro morbo exacte deducendo proportionatas & necessarias offendant, docet vel levis harum rerum attentio, vel ipsa observatio in Praxi Clinica instituenda; vel enim natura hiſce perverſis moribus immerſa ſecretiones & excretiones ſatis *mordinatè* adminiſtrat, heterogeneis cauſis & materiis ſubigendis & expugnandis non ſatis *tempeſtively*, neque accurate neque proportionatè proſpicit, corpori *negligentiori* ſenſibilitate attenda eſt, rationem loci, quantitatis, temporis, uſus, ſucceſſus, gradus, conſtantia, æquitatis, neceſſitatis &c. vel oblivioni tradit, vel incurioſe advertit & applicat, in continuatione motuum conſervationi corporis *proportionatorum & proportionandorum* magis langvet, abſtrahit aut remittit, quin etiam plane omittit & ceſſat, pericula corpori *imminentia* non tempeſtively metuit, tandem vero animadverſa, cum iisdem reſiſtere metuat, *irregulari* modo reluctatur & aliis, quam decet, *viis* atque *motibus* illud deniq; avertere contendit, quid? quod, ſi ſemel quicquam ordinario ſtatui vitæ & ſanitatís & integritatis corporis contrariatur, non tamen *ſubitaneum* funeſtum exitum minatur, huic labi expugnandæ difficulter operam dat, & *ſegniter* illam tractat, aut plane *otioſè* tolerat: raro *ſponte* reſoluta & ſufficienti activitate contrariis aut periculoſis effectibus ſeſe opponit, ſed in talibus caſibus communiter cum *ſtimulo* excitari debet, neque raro in extraordinariis offenſionibus, corpus vivum concernentibus, methodum vitalem, per reli-

D 3

quam

quam incuriam & perverfos tales mores *transgreditur* atque *confuse* applicat.

§.XXXII.

Si ullum hominum genus & simplici Therapia Morali, & Therapia Morborum morali indiget, sane qui Phlegmatici Temperamenti homines sunt, tali medendi methodo opus habent, quibus & indefesse & alacriter succurrendum est; hi *stimulo* & irritamento indigent, ne obdormiscant, hi *excitandi*, incitandi, provocandi & admonendi sunt strenue, rigore, assidue, hisce vitæ & sanitatis dignitas *catachresticis* etiam inculcanda & commendanda est, quo animum firmum adjiciant illis diutius fruendi; hi ad *alacritatem* & *agilitatem* qualemcunque moralem disponendi sunt, quò in *vitalibus* eandem applicent & exercent: hisce prospiciendum & subserviendum est, ne in *confusas*, alienas aut perverfas *conclusiones*, *imaginationes* & *cogitationes* deveniant: illis talia commendanda & commemoranda sunt, quibus *attendere* & *intendere* debent, & quo in tali activitate continent, frequenti & indefesso *alloquio* excitandi sunt: hisce & *jucunda*, quibus alias quantisper delectantur, nec non accepta, alacriter, & articulatè recensenda repetenda & alleganda sunt: hisce consueti *amici* advocandi & adducendi sunt, quo horum colloquio fruantur & ab illis excitentur: hi sedulo & cum *gravitate* admonendi sunt, quo vel consiliis & methodo præscriptæ obtemperent, vel vitam cum morte mutare non detrectent: hos Medicus *frequenter* visitare potest, quo hunc finem assequatur, aut per alios, patientibus talibus adstantes, ejusmodi admonitiones seriofas inculcare debet: tales licet etiam quandoque ad *moderatam* iracundiam provocare, si circumstantiæ admittunt: hisce offerenda & recensenda sunt talia, quæ *gaudium* ac *desiderium* movent & excitant: cum hisce *subtiliter* admodum versari non necesse neque utile est, non enim admodum attendunt hanc urbanitatem: calcar enim expectant:

stant: hisce *leges & mandata* ordinari debent cum clausula, n̄ hoc aut illud fiat, frustraneum esse totum laborem & omnes sumptus: his accurate *tempora* præscribenda sunt & omnia consilia *exquisite* exponenda, ne ullus scrupulus moveri possit, quo tales patientes suã negligentioris obedientiã excusationem inveniant: his ubique talia subsidia offerenda & commendanda sunt, quæ *sensus* evidenter & eximie afficiunt: his etiam singula hæc consilia & auxilia *masure* applicanda sunt, priusquam prædicti perversi mores ob *acquistam* firmam *contumaciam* velut *insensiles* reddituri fuere: hi etiam possunt ad aliquã alacritatẽ moralem excitari cum grato *cibo & potu*, si quem in quibusdam, præprimis mitioribus, ægrotationibus, desiderant & efflagitant, maxime vero vinum generosum in congruis affectibus hos patientes afficit, quo quantisper in alacritate & energia, tam morali, quam vitali, excitentur; quo etiam illa pertinent, quæ sensus paulo *intensius* afficiunt ad capeffendam aliqualem *svavitatem* & jucunditatem ex oblatiis objectis, ut propterea etiam animus ad *resolutionem* & expeditiorem *activitatis* suæ applicationem, provocetur: hisce etiam licet, si aliquando excedunt (quod tamen rarissime fieri solet, & non nisi per raptum aliquem negligentem & inconsideratum) fræna sensibilibiora imponere, quæ non ita adverse tolerant, ut reliquorum Temperamentorum subjecta.

§. XXIII.

Quemadmodum vero hæc à nobis commendata Therapia Morborum Moralis, quatuor *simplicioribus* Temperamentis accommodata, nondum quidem quoad singulas & specialissimas circumstantias absoluta aut perfecta est, ita partim hæc quæ dicta sunt *Speciminis* loco abundè satisfaciunt, & argumento atque proposito nostro directe conveniunt; partim ex hisce in Praxi Clinica patebit major occasio, quo non modo singula hæc dicta illustrentur & confirmentur, sed & solertiori applicatione augmententur, quin denique

que propositum nostrum, in tam arcto circuitu de hac circumstantia plura neque infert neque permittit, cum alia adhuc exponenda suppetant: deinde cum hæc hucusque dicta simplicia hominum Temperamenta proptereaque *simplices mores & simplicem Therapiam Morborum Moralem* attineant, facile quilibet huic rei attentus colligere poterit, quomodo *mixtis* Temperamentis ad normam simplicium subveniendum sit; ubi imprimis observandum est, quinam mores præ aliis in hoc aut illo individuo *prædominentur*, quo iisdem potiori studio Therapia talis in morbis ordinari queat: denique non nobis mens est, quasi morbi proprie sic dicti, i. e. propter diversas causas corpus vivum concernentes fuscitari, *nudâ tali* Therapiâ Morali curari aut *percurari* queant; sed cum etiam tales morbi ex prædictis *moribus* multum alterentur, ita hanc Moralem Therapiam in *adjutorium* ductam, tantum proficere, asseveramus, quo hæc *eximia* offendicula & impedimenta, morbum prementia, non modo removeantur, sed & quo reliqua *conjuncta* Therapia *æquâ medicâ*, corporis œconomix vitali *directe* dicata eò facilius eoque efficacius salutarem effectum & exitum nanciscatur: neque etiam existimandum est, quasi hæc à nobis commendata Therapia Moralis vel *singulos* mores commemoratos necessario corrigere & emendare, vel in *omnibus* individuis absolute efficax esse debeat, quoniam *morosa* quandoque *repugnantia* animorum, tam Therapiam simpliciter moralem, quam Therapiam Morborum Moralem i. e. quando ex morum medela morbis etiam utilitas accedit, non raro etiam inefficacem reddere solet.

§. XXIV.

Quid *Animi Pathemata* valeant tam ad alterandos *solennes & communes* mores, quam etiam ad offendendos *transitus, progressus & successus* morborum, tam Medicis quam Philosophiam Moralem studio tractantibus abunde notum est: quia vero hæc animi pathemata ab *usu* morum

ex-

exercitio quantisper discrepant, & evidentiores atque gra-
 viores *alterationes* morbis conciliant, propterea eorundem
 peculiaris mentio injicienda est; ex hisce patheticis animi
 commotionibus ratione gradus, *potestatis*, atque valoris
 principem locum tenet *Ira*; hæc, cum in *simpliciori*, magis-
 que genuino suo statu, impatienti, potenti, audaci, impetu-
 oso & incontinenti fervore profligationem, depulsionem
 & *excussionem* inimici & adversi objecti urget, ita aliter non
 acquiescit, nisi quando hunc finem præfixum impetravit;
 imo in alienas motiones maximasque impatientias & *inquietu-
 tudines* degenerat, si illum non obtinuit: talis simplicior *Ira-
 cundiæ* species occurrit in Cholericis subjectis; hæc, quan-
 do etiam in morbis fervorem suum iracundum *exsantiant*,
 & finem præfixum *acquirunt*, non admodum ægrius inde
 habent, nisi morbi acuti & febriles fuerint, ubi *fervidior*
 quidam impulsus & humoribus & consuetis motuum aug-
 mentis accidit, quem quandoque natura, ut semel ceptum,
 continuat; cum vero in hoc statu animi affectus exsatiatus
 est, ita corpori & motuum *vitalium* moderamini magis sub-
 veniendum est, quam pathemati; quod se ipsum mitigavit
 per acquisitionem finis: Si vero *Ira* non *exsantiata* fuerit,
 tunc immorigera valde est anima, maximeque impatiens,
 proptereaque iracundum agendi fervorem maxima in-
 continentia in corpus suum subjectum, & in eo obvium adver-
 sum & inimicum *objectum* transfert, illudque maximo impe-
 tu ad *excussionem* & oppressionem prosequitur, ut inde no-
 xii sæpe effectus proveniant: huic iracundiæ opem etiam
 ferre debet Medicus moralem, non quidem *directe* resisten-
 do, eandemque austerè interdicendo, sed cum aliqua tem-
 peratura & modestia convenienti, subjecto indulgendo, af-
 sentiendo, necessitatem tam malis & adversis aut alienis
 & incongruis accidentiis succensendi, affirmando, quod
 causa hujus iracundiæ justam quidem poenam promeruerit,
 sed cum jam sponte illa causa evanuerit & promeritam pu-
 ni-

E

nitionem metuerit, neque de tempore & occasione sit sine documento quodam, corpori imminente, tantis commotionibus indulgere, ita & *generosum & fructuosum* esse ab iracunda objecti prosecutione abstinere, hocque magis contemnere & ulteriori recordatione indignum æstimare, ne propter despicabilem illius statum animum tam generosum aliasque prudentem perturbet patiens.

§. XXV.

In reliquis vero Temperamentis ira cum aliis pathematibus communiter est conjuncta, proptereaque illius moderamen in morbis peculiare quasdam rationes & circumstantias concernendas & applicandas postulat: Et ita, *Sanguineorum Iracundia* cum anxietate & *Timore* est conjuncta, hinc sub ira non rubescunt, sed *excandescunt & impallescent*, testimonio retrocedentis & reformidantis simul activitatis moralis & vitalis animæ humanæ: *talis* ira admodum alterat justum & *congruum* morborum *succesum*, unde eidem tempestivè cum Morali Therapiâ subveniendum est, ut patienti objectum inimicum mox *removeatur*, aliud verò gratum & jucundum admoveatur, ut colloquio de rebus acceptis sustentetur atque erigatur ægrotans; ut subsidia inventantur & mox applicentur de quibus gaudeat, ut amœna conversatione detineatur & à reminiscencia suæ iracundiæ distrahatur, ut adstantes cooperentur quo adversum objectum ita subigatur, ne noceat, aut animi tranquillitatem perturbet, ut infirmitas objecti adversi explicetur, & quod non opus sit, tam vili, levi, & infirmæ causæ irasci, indicetur, ut animus mox quovis modo in *liberiores* agilitatem transferatur & promoveatur, ejusmodi quidem subsidiis, quæ cujusvis conditio & fors suppeditabit.

§. XXVI.

Melancholicorum Ira licet tardius erumpat, tamen tandem commota, non modo cum morositate & contumacia, sed & cum incompescibili fere viore objectum inimicum pro-

se-

sequitur, semper tamen tacitus *tremor* conjunctus est, quem *impalleſcentiâ* quâdam producit: hiſce etiam iracundæ commotiones in morbis valde adverſæ ſunt, tanto magis vero ſi *frustra* & ſine exoptato eventu decurrerunt, unde communiter morbidi affectus *exacerbantur*, & in aliud imo alienum ſucceſſus proportionati ſchema conjiciuntur: hiſce ita ſuccurrendum eſt, ut certiorentur de abſentia & *ſuppreſſione* objecti, quod nihil ulterius habeant, quod timeant, quod inique ad hanc iracundiam concitati ſint, quod maxima injuria atque *iniquitas* hæreat in cauſa *lædente* & impulſiva, quod æquitatem defenderint ægrotantes, quod nunc animum quietare debeant, cum vindictam ſuam admodum æquam exeruerint; quin hiſce mox talia recenſenda & indicanda ſunt vel ex œconomia, vel reliqua conditione, cui cum beneplacito attendunt & de quo aliqualem tranquillitatem capeſſunt; ut iſtis *munus* quoddam offeratur de quo quantisper *gaudent*, quo hac ratione & occasione à reminifcentia prægreſſæ iracundiæ abducantur, & ad ideam acceptibilem formandam qualitercunque excitentur.

§. XXVII.

Phlegmaticorum Ira cum ſit maxime confuſa, modo ſtupide audax, modo ſimpliciter ſtupida, jam timida, mox venterum oblivione extincta, adeoque *inordinata* & inconſtans, ita de hac conſtat, quod non tam *eximie* morbos præſentes alteret, uti quidem in reliquis Temperamentis contingere ſolet, unde non habent Medici, quod admodum ſubtimeant in Phlegmaticorum iracundia; hi enim homines facile compeſci & conciliari poſſunt, ita ut paucis acceptis & gratis dictis & factis deliniri queant, aut ſi hiſce modo *requies* conceditur & commendatur, quin etiam pro lubitu talis quies animi & corporis procuratur, mox *oblivifcuntur* priſtinæ iracundiæ: aut ſi externis ſubſidiis, obſcurando videlicet habitaculum aut cameram, aut ſcalpendo & fricando digitis caput, ſopiuntur, facile hæc ira demulcetur, ut

illius non facile reminiscantur quamprimum iterum evigilant, quid quod si ad alias res in *sensus* facile incidentes, provocantur, & in aliqua *attentione* observatione & comprehensione earundem, conservantur, facile dimoventur ab iracundia prægressa, quin si cupedia & edulia ipsis mox offeruntur, hisce delectantur & iram oblivione delent &c. Hæc placuit circa Iræ, ut principalioris patheticæ animi commotionis, considerationem commendare, in reliquis vero pathematibus describendis & exponendis breviter amare & feligere constituimus.

§. XXVIII.

Quantam potestatem in mutandos tam *ordinarios* progressus & successus motuum vitalium sub statu sanitatis, quam etiam in *extraordinarias* earundem directiones, sub ægrotationibus, habeat *Terror* sive terrificæ animæ commotio, attestatur quotidiana experientia; imprimis vero *frequentia* inde damna experiuntur *foemina*, quæ familiaris hoc pathema incidunt, ita ut inde varias fluxus sui *mensuræ* perturbationes, imminutiones, repentinas suppressiones & pertinaces retentiones experiantur, & in hisce turbis, quo frequentius terrore percelluntur, eo majora nocentia subeant: quid & quoties *Terror* ad concitandum *Abortum* contribuat, edocet quotidiana observatio: quid valeat ad perturbandas convenientes salutare & tempestivas *excretiones*, ad *methodicas* & typicas morborum prosecutiones *avocraticas*, ad perturbandam *Energiam* & *Synergiam* Naturæ humanæ, indicat & attestatur numericus, suspectus & sinister eventus: quid *Terror* efficiat in morbis *malignis* tam perturbandis quam repente suscipiendis, communis Practicorum commemoratio confirmat atque explicat: imo quid *Terror* tam in *sensibilibus* ægrotantibus, quam affectibus acutis & *sonicis* possit, non difficile est & conspiciere & describere. Ejusmodi Terrore correpti homines statim in qualemcunque plurimum *externè* tranquillum statum trans-

transferendi & promovendi sunt, tales mox informandi sunt in *causa* Terroris ejusque vel lepida constitutione, vel gravitate, *conspicua* licet, attamen etiam *superabili*: illis offerenda sunt objecta quæ *animum* reficiunt, & hisce individuis aliàs *exoptata*, sva via, amœna & jucunda sunt: hisce *conversatio* cum amicis jucundis mox ineunda & commendanda est: hi, si fieri potest, in hortos & loca *amœna*, transferendi sunt: his qualiscunque alia licita & conveniens oblectatio svadenda est: quin expedit pro eodem scopo *analeptica* ita dicta remedia, congrua tamen, ordinare, ut hisce & prædictis oblati subsidiis cum oblectamento advertentes, pristinam ideam Terroris *amittant*, & cum qualicunque quietis & *tranquillitatis* idea commutent.

§.XXIX.

Sicuti præterea *Timor, Moeror, Pavor Tristitia, Formido* & sanitatem & morbos turbare solent, ita etiam illis demulcendis opera danda & studium adhibendum est, ne vel ad morbos *proximè* disponant, aut præsentis morbos in *deteriorem* statum conjiciant: maxime vero expedit ita affectos non *solitudini* committere, neque in abductis locis detinere, quia alias hæ circumstantiæ affectus hosce magis fovent, animumque subjecti laborantis ab aliis necessariis observationibus & considerationibus subtrahunt: refert porrò talibus causam *Timoris* imminuere & prudenter dissuadere, imo alios quantum fieri potest conciliare & offerre, qui *deducendis* aut *subeundis* illis causis timorem excitantibus vires animumque applicant; expedit mox mutare illas occasiones & circumstantias, timorem *sustinentes*, quin semper hisce subjectis *socialitatem* promittere, commendare & conciliare, ne *solitudini* inhærere debeant: aut si causa timoris removeri plane non potest, confert eorundem animum ita erigere, ut præsentiam animi, continentiam, tranquillitatem & *animositatem* hanc expectent, illi moderatè tractandæ & *opugnandæ* curam & assiduitatem applicent, non vero eidem

statim *vicias manus* præbeant, sed, quantum possibile, in hoc negotio modestiæ, prudentiæ & continentiæ indulgeant; ita etiam evenit, si hoc fecerint, ut causa nullum damnum aut perniciem inferat exferatque: habemus hujus rei notorium exemplum in affectibus malignis, præcipue vero in *Peste*, in qua frequens observatio docuit, ut, qui homines eandem non abhorruere, neque in & sub eadem *meticulosi* imaginationibus indulserunt, sed cum possibili continentia divini dispositioni, voluntati & providentiæ sese commiserunt, neque anxie inde habuerunt, an moriantur, an vero non, sed ad *Seneca* mentem patienter cogitarunt: *ire necesse est, redire vero non*, i. e. *semel* mori necesse est, *ad huc* vivere vero, & *diu* vivere non æque absolute necesse est, an itaque hodie, an cras moriantur perinde esse; si ita patientes fuere *patientes*, & non timidi, aut ob eventum admodum anxii, communiter, periculum mortis evaferint: tantum juvat, (ut à majori ad minus argumentemur,) Timoris *excusio*, & requies atque delinitio animi, ad avertenda, præoccupanda imo etiam mitiganda & excutienda periculosa illa aut suspecta symptomata, ex Timore propullulantia.

§. XXX.

Et ita etiam *Moeror* atque *Tristitia* justo progressui & successui motuum vitalium impedimenta non exigua immitit, quæ recensere tempus non permittit, unde factum ipsum, ut abunde cognitum & in quotidiana vita obvium, præsupponimus; tales vero homines *Moerore* oppressos ita *erigere* expedit, ut si fieri potest in ejusmodi statum convertantur, de quo *gaudendi* occasionem nanciscantur, ut assidua *confabulatione* cum prudentibus fruantur, ut *donis* gratis honorentur ab aliis, ut aliàs *jucunda* ipsis commemorentur, ut sedulo ab *amicis* intimioribus conveniantur, ut, si fieri potest, & occasio suppetit, objectis animum afficientibus & reficientibus admoveantur, ut Topiariis adspiciant, & reliqua horum amœnitate fruantur, ut delectentur *jucunditate* con-

conspetus florentium pratorum, virentium fylvarum & lucorum, ariftis luxuriantium & ludentium arvorum, cantilenis certantium avium, & undifonorum fluminum atque rivorum, femper tamen sub comitatu & *confortio aliorum*, hæc talia menti magis commendantium, & cum hisce animum laborantis reficientium: hisce recensenda sunt *novitates* aut quæcunque alias cum *oblectamento* perceperunt, neque illis miscenda, cum quibus suæ triftitiæ causam & occasionem conferre & *comparare* possunt, aut ex quibus eundem mœrorem *innovare* possunt; hisce talia auxilia ipso facto atque opere ferenda sunt, ut aliorum *commiserationem* observent, & ex hac animum suum *solatio* erigant, pristini *dispendii* quantisper obliviscantur, & in statum *tranquillitatis* atque quietis transferantur.

§. XXXI.

Hisce frequentibus animi pathematibus annumerare adhuc placet anxium *Desiderium* & *Nauseam*, missis reliquis, de quibus non necesse est hoc loco ex proposito quasi aut directe agere: quantam vim habeat desiderium tale, tam ad perturbandum ipsum animum, quam etiam ad alterandum congruum motuum vitalium ordinem, iterum usus & experientia affatim confirmant: cum ejusmodi subjectis priori pathemati inhærentibus moderatè & prudenter conversari decet, ne *semul & semel* importunè & austerè ipsis denegetur objectum in quod ruunt, sed ut ad aliqualem & brevem quidem *patientiam* admoneantur, quo interea subsidia suppeditari possint, mediantibus quibus, illud objectum obtineri queat, nam *impetum* in hoc desiderio tantum efficere posse, ut objecto illo gaudendi omnis & occasio & possibilitas evanescat: unde quocunque modo ad aliqualem patientiam componendi & persuadendi sunt, interea vero alia magis congrua, attamen *amena* objecta ipsis offerenda sunt, quibus similiter delectentur, in qua *oblectatione* conservari debent, ne pristini anxii desiderii mox reminiscantur, & tali modo

modo ab eodem successivè *abducantur* : congruo tempore hęc subjectis *iniquitas* desideriorum suorum , & quantam hęc perniciem post se trahant explicari potest, sed breviter & nervose, ne alias impatientiæ & incontinentiæ suæ inhæreant & pristinum desiderium majori fervore prosequantur &c. In *Nausea* constituti homines difficulter disponuntur ne aliquales turbas in concoctionis negotio aut circa primas vias incidant, unde si *Vomitus* in iisdem subjectis instat, nullo modo *reprimendus*, sed potius *permittendus* est, imprimis in evemetis, quid quod convenienter subveniendum est, ut *revomant* quicquid in ventriculo continent, ne tam *scititiæ* imaginationi ultro inhærere *causam* inveniant, habentque ubi nonnunquam Moralia subsidia suppetunt, quibus vomitus talis promoveri potest, nimirum reminiscencia ad versi objecti, & confabulatio de adversa ejusdem constitutione &c. Vomitu peracto offerenda sunt *senfibus* internis talia, quæ animo sunt *accepta*, imprimis vero quæ ad sensum *gustus* relata, æstimationem suavitatis & *delectationis* post se trahunt: & hęc posterior methodus tunc etiam convenit, quando vomitus in subjectis ob certas circumstantias promoveri non potuit.

§. XXXII.

Manuducit nos, hęc ultima immodici & anxii *desiderii* consideratio, & tradita hujus Therapia Moralis, ad species quasdam, ejusmodi desiderii impatientis & incontinentis, commemorandas, ex quibus præcipue hoc loco *Picam* & *Malaciam Gravidarum* allegare placet. Quam frustra hęc, ad absurdorum & incongruorum comestiones ruentibus, appetitibus Theca & farrago Pharmaceutica subveniat, attestatur certe ipse effectus, ut vel plane nihil, vel nihil ad rhombum succedat, donec præterlapso quodam temporis spatio sponte ejusmodi perversa desideria cessent: interea etiam Historia rei simplex & genuina contestatur quod & quomodo ejusmodi foemellæ perverfis, luxuriosis, immodicis,

cis,

cis, petulantibus, incontinentibus & lepidis liguritionibus immerse, aut quoad victum & amictum inordinatis, vagabundis & inconstantibus actionibus, appetitibus & desiderii communiter operose & agiles fuerint, unde etiam evenit, ut tempore ingravidationis variis aliis *imaginationibus* obruta anima absurda objecta, illo sensu (cui antea multum indulserat) prosequatur; & cum tale perversum desiderium non tam à causa *materiali*, quam *moralis*, nimirum speculatione & imaginatione pendeat, ita frustra eidem materialibus subsidiis directe & adæquate mederi laborabimus; sed hic potius Morali Therapiâ in hisce ita dictis morbidis affectibus opus erit, ne manifestiores morbidi effectus, corpus, imo ipsum foetum alterent & afficiant, quorum observationes medicæ abundantem mentionem injiciunt.

§. XXXIII.

Inter alios viros eruditos, huic morbo Gravidarum non contemnendam, sed hoc loco allegandam medicinam Moralem obtulit *Sylvius Prax. Med. Libr. 3. c. 6. §. 132-138.* missis aliis; cui adjicimus etiam nostram methodum, quæ in hisce circumstantiis consistit: ne videlicet talibus foeminis severè & morosè *interdicamus* aut *denegemus* desiderium, alias communiter & majori impetu atque impatientia objecta sua prosequuntur, & in nocumenta tam sui corporis quam foetus incidunt; neque etiam propterea *devidendæ* sunt, id quod ægre perferunt, & pro defensione justæ, quod suspicantur, sui desiderii, intensius & immodestius appetitui suo *insistunt*: unde cum quavis modestia, *lenitate* & temperantia tractandæ sunt, *promittendo* ex parte oblationem objecti postulati, interea etiâ proponendo, an non ex comestione ejusdem postea *damna* quædam extimescenda sint, quin interim ducendo animum ad *meliora*, offerendo alia, foemellasque, ut convivant, rogando; perfvadendo, & cum blandimentis invitando, apponendo talia, quibus alias *delectantur* (ne vero etiam illis nimis sæpe fruuntur) animum

num earundem declinando ab hisce imaginationibus ad alias cogitationes, non resistendo iisdem, sed placide indulgendo, non ad *iracundiam* easdem commovendo, non *solitudini* concedendo, non varia & *aliena* earundem *conspicui* exponendo, non de absurdorum comestione confabulando, non memoriam talium objectorum recolendo & excitando, sed foeminas tales in alias occasiones *jucundas* ducendo & magis precibus & modestis persuasionibus, quam *legibus* & dominiis easdem abducendo ab ejusmodi absurdis, ne sibi & foetui suo noceant &c. quod vero tales speculationes & imaginationes ad ejusmodi affectus disponant ipsis exemplis comprobantur *Schenkius, Riverius & in Añ. Nat. Cur. Centur. 1. 2. obs. 195. Genselius, Langius in Epist.* aliique, ut hic non necesse sit vitiosis humoribus, ventriculi plucis inhaerentibus immorari & tam dubia opinione diu inniti.

§. XXXIV.

Brevitati vero dum studemus, ab hac animi pathematum consideratione progredimur ad *Deliriorum* disquisitionem in quantum nimirum scopus noster permittit: Hæc vulgo quidem pro morbo animi & corporis habentur, communis & trivialis vero Therapia corporeis causis dicta est, missis reliquis satis immodestis & non raro incongruis tractationibus; nos potius officio nostro satisfacientes Moralem hoc loco Therapiam commendamus; & sicuti animus ita movetur aut perturbatur partim ob causas corpus magis concernentes, partim etiam efficaciam imaginationis respicientes, ita quandoque utraque tam Moralis quam proprie sic dicta Medica Morborum Therapia ministras manus sibi invicem ferre debet. Ex hisce vero Deliriorum speciebus principem locum tenet *Mania*, sive furibundum illud, ubicunque tandem fuerit, delirium: hoc correpti homines, quanquam vinculis coerceri debeant, ne sibi aliisque vim inferant, tamen alio adhuc etiam moderate, præter hoc compesci possunt (licet *Valescus de Taranta & Bodinus*, priorem severam moderationem admodum

dum commendent, quos propterea *Pechlinus* plagofos nominat Medicos;) nimirum ne fustibus mox aut unice aut frequenter coerceantur, ne ipsis auctere contradicatur, ne multâ violentiâ & *minis* offendantur, ne *derideantur*, ne multâ violentiâ & *minis* offendantur, ne *derideantur*, ne falsè contemnuntur, ne *injuriis* invehantur, ne multæ leges ipsis præscribantur & ordinentur, ne ob furorem quem agunt *contumeliose* tractentur, ne nimis fortiter nimisque *arcte* atque breviter vinculis instringantur, ne ipsis semper *denegentur* talia, quæ tamen concedi possunt sine præjudicio; imò præstat ipsos aliquando liberare, ut sub custodia sufficienti aliorum, opportuno tempore atque loco circumambulare, aliorumque objectorum commercio frui queant, ut cum lenitate ad attentionem & intentionem *sui ipsius* admoneantur, ut placide & breviter ipsis commemorentur talia, quæ illos attingunt & ad quæ respondere possunt, si furiosè respondent, præstat illos rogare, ut attendant animum ad quæstionem, deinde refert quæstionem possibili simplicitate repetere, & si respondendo aberraverint eosdem leniter emendare, aut per breves alias quæstiones eos manducere, ut aliter judicent: & quia hæc methodus exoptatum finem non simul & semel assequitur, expedit eandem constanter continuare; imo, quia communiter Maniaci *ambitiosi* sunt admodumque *iracundi*, propterea maximâ curâ cavendum est, ne homines tales ad iracundiam provocentur, sed proficit eosdem maximâ lenitate imo precibus & quandoque *simulatis* venerationibus ad illa quæ committere debent, adhortari, & quo sese ejusmodi ministrantibus subfidiis & officiis submittant, rogare, quo eo melius à tali incommodo liberentur: expedit, si tales hostes suos prosequuntur, una talem *prosecutionem* simulare, sed mox illos delinire & informare quod non amplius metuendi sint hostes: præstat illos aliquando honore afficere, & quod *honore* digni sint, simulare, non vero eorumdem ambitioni directè

obloqui: aliàs, si contraria methodus fervatur, in deteriorē semper statum ruunt miseri ejusmodi delirantes; aut si vi & maxima severitate coercentur, timent quidem tandem violenta verbera, sed magis in delirio suo confirmantur: præstat denique aliquando eosdem ad quietem & somnum quocunque blandimento componere &c. qualem methodum aliquoties in Maniacis abhibitam, ita efficacem observavimus, ut subiecta in pristinum sanæ rationis usum redierint, cujus rei & ego Præses, & Respondens aliquot exemplâ commemorare possemus.

§. XXXV.

Libidinosis & obscœnis deliriis, quæcunque corripuntur subiecta, ut sunt *Erotomania* & *Furor uterinus*, illa similiter patienter & sine scandalo accepto tractari debent, ita, ut vinculis non nimis firmiter constringantur, neque tamen absolutæ libertati committantur, ut quandoque sub comitatu proborum hominum exspatiantur, ut *lascivis* colloquiis & gesticationibus non iritentur, ut objecta in quæ feruntur, *sensibus* eorundem non exponantur, ne vero ejusmodi *occasionibus* submittantur quocunque modo ad voluptatem & lasciviam disponentibus, ut alii semper modestè, *castè* & pudicè cum hisce conversentur, ut ad colloquia *seria* provocentur & invitentur, ab illis objectis visum incidentibus & moventibus, & ex hoc sensu, *lasciviam* excitantibus, arceantur, interim modestis & seriis admonitionibus ab impuris ejusmodi cogitationibus & imaginationibus avocentur, ut frequentibus talibus colloquiis & colloquiis sustententur; invigilandum etiam est, ne *luxuriosa* diæta fruantur, sed quantum fieri potest, moderatiori: ut *labores* apti, manibus administrandi ipsis committantur, ut urgente necessitate aliquando verberibus coerçantur, postea vero *solitaria* vitæ non concedantur, sed continuantibus probis adhortationibus iterum erigantur, ne post castigationem talem, magis mente turbentur & confundantur; sed ut mox me-

memores & conscii reddantur promeritorum verberum, & quam eximie degeneraverint a vero usu sanæ rationis: quin expedit omnem lapidem movere, ut assidue admoneantur, quo *curatius* actionibus suis attendant & invigilent, ne toties & tantopere aberrant, sed reminiscantur se homines esse; præstat *rigorosè* aliquando sed etiam *nervosè* tales homines dehortari ab illis objectis, quibus tam vehementer speculationibus suis in hærent; quotiescunque de suis objectis fermocinari aut cogitant aut inchoant, toties ad aliam confabulationem inclinandi sunt; nunquam permittendum est, ut inter alios mente captos versentur, quæ regula etiam valet de reliquis delirantibus, aliàs unus alterum magis delirare facit & confundit, ita ut qui semel in gyrgathum translati sunt, raro liberationem expectare possint, aut sperare debeant: neque concedendum, ut *soli* versentur, ne impudicis & lascivis *speculationibus* in hæreant, aut tales libidinosas actiones cum corpore suo suscipiant, exerceantque, id quod facile committere solent: neque æquè necesse est crassis suffigationibus tales castigare, cum virgulæ ad hoc moderamen sufficiant, quas æquè metuunt, neque inde ita confunduntur, quin futuris admonitionibus auscultent; quanquam contumacius repugnantes magis seriam pœnam promerantur.

§. XXXVI.

Melancholica deliria postulant similiter & constantem & nonnunquam captiosam Therapiam moralem; perfecta enim *Melancholia ridicula* imaginationes continet, cui etiam quandoque ridiculè subvenire expedit, quandoque vero etiam *tristibus* cogitationibus & meditationibus firmiter immersa est, cui prudenter admodum obviam ire decet: non loquimur hoc loco de tentationibus spiritualibus, sed de illis afflictionibus; cum quibus *Medicina* commercium quoddam tenet; quod *Tristia Melancholicorum Deliria* attingit, non importunè in illis subjecta turbanda sunt, neque

ab hominibus pravis, *nugis* & otiosis colloquiis interpellanda, sed leniter & tranquille tractanda, non modo per confabulationes *modestas* & attentionem requirentes, de rebus seriis, attamen subjectis hisce non adversis, ut præterea eadē subjecta non *solitariae* vitæ permittantur (cum ad Senecæ effatum omnia hominibus mala persuadeat solitudo,) sed semper *conversazione* congrua gaudeant, nam si in solitudine versantur magis magisque; imo firmissimum intimius & contumacius suis meditationibus inhærent, eum ob finem desiderant solitudinem, fugiunt visitationem & *conspectum* hominum, quod vero illi attendere non debent qui eorundem curæ invigilant, sed potius commendare & ordinare, ut ab amicis invisantur, moderatè excitentur, quin proficit, si circumstantiæ permittunt, ut *expaciatum* invitentur, & si respiciant, ducantur & urgeantur, congruo nimirum tempore, & ad congrua loca atque amicos, ubi animum suum reficere, exhilarare & excitare possunt: & cum *Musica* animum etiam afficiat, ita talis etiam, modo temperata sit, concedi potest pro ejusmodi mœstis & abjecti animi Melancholicis: licitius & moderatis oblectamentis animi & corporis iidem patientes adducendi, & *successivè*, minime vero simul aut semel, aut impetuosè à tristibus speculationibus ad jucundas & congruè hilares observationes & exercitationes promovendi sunt: imò, cum tales delectentur lectionibus librorum, proinde tales libri commendandi sunt, qui animum ducunt ad *consolationes*, erectiones, delectationes & gaudia: tandem studendum est, quo similibus subsidiis metus & anxietas excutiat, cui obnoxii sunt, ejusmodi homines, & status cujuscunque quietis, securitatis & tranquillitatis promoveatur & inducatur, & quæ adhuc alia consilia & auxilia ex hisce dictis fluere possunt.

§. XXXVII.

Quod vero *alteram* Melancholiæ speciem concernit, ad cujuslibet individui imaginationes dirigenda erit Moralibus

lis Therapia, ita ut quandoque *astutia* adhibenda sit, quo sub-
 jecta ab *imaginationibus* suis liberentur, qualem Historiam
 inter alios describit *Greifelius* in *A. N. C. dec. 1. ann. 3. obs.*
 49. & *Febr. decur. 2. ann. 1. obs. 1.* imprimis vero labor appli-
 candus est quo tempestivè & congruè imaginationes tales il-
 lorum animis eximantur, & contra in iisdem ideæ magis ra-
 tionabiliter connexæ & regulares provocentur, quocun-
 que tandem licito modo atque constantia hoc fieri potest;
 imprimis vero abstinendum est, ne actiones ita delirantium
 in *admirationem* ducantur; alias si hoc advertunt Melan-
 cholici, acerbius lepidis & stolidis suis operationibus inhæ-
 rent, unde adstantes potius cum simulato ad minimum *fasti-
 dio* talia deliria advertere, subjectis ita ægrotantibus tedium
 suum aliquoties indicare, eademque cum *gravitate* ad me-
 liorem mentem adhortari, & consilia atque auxilia ferre de-
 bent, mediantibus quibus ad cogitationes & consideratio-
 nes firmiores, constantiores & *æquabiliores* promoveri pos-
 sunt: hisce porrò *itineria* commendanda sunt, quo nanci-
 scantur occasionem animum in alia *objecta* transferendi &
 ab inquilinis illis atque hucusque *solitis* perverfis specula-
 tionibus avertendi: neque *solitudo* hisce subjectis admit-
 tenda est, alias vel indies magis in confusis suis imaginatio-
 nibus confirmantur, vel plures tales perverfas & ridiculas
 ideas effingunt, & malum malo addunt, & semper in dete-
 rius ruunt: hinc præstat ita delirantes frequentius conve-
 nire, ad *colloquia* serena excitare, stolidas actiones ferò inter-
 dicere, ad *somnum* & *quietem* corporis eosdem convenien-
 ter disponere, ordinem & modestiam in *victu* commenda-
 re & ordinare, evitare, ne delirantes ad *iracundiam* provo-
 centur, aut stolidè & ridiculè tractentur, in discursibus per-
 verfis ad *agnitionem* erroris & confusi animi debitè promo-
 veantur, ad ambagibus & multa *garrulitate* detineantur, &
 si obtemperare non velint, modestis *castigationibus* ad atten-
 tionem & obedientiam deducantur; quæ methodus præter
 reli.

reliqua necessaria & corporis constitutioni subvenientia subsidia, constanter, temperanter & patienter exercenda est.
 §. XXXVIII.

Dicendum adhuc aliquid est de delirio *Fatuitatis* sive *Stupiditatis*, quod vulgò *Morofin* nuncupare solent, quale delirium illis familiare est subjectis, quæ alias *torpidioris* & *stupidioris* animi sunt: difficulter vero in hisce delirantibus sperare licet emendationem nedum quidem *plenariam* restitutionem, interim ita affecti homines non multas turbas dant, sed in requie, otio & segnitie delirant; admoneri propterea debent ad actiones necessarias, quia sponte raro quicquam committunt v. gr. ede, bibe, surge, ambula, reside, dormi, discede, &c. tales homines verberibus multis non corriguntur, sed *stupidiores* redduntur neque deludi debent, & in delirio suo aliorum contumeliæ & *derisui* sive cachinnis exponi, alias magis fatui redduntur; cum maxima itaque patientia & commiseratione tractandi sunt, neque multis, diffusis, confusis aut garrulis confabulationibus perturbandi, non per *sarcasmos* traducendi, non ad multiplicatas & *irricatas* responsiones urgendi & provocandi, non immodeste offendendi, non *jurgis* atrocibus & admodum impetuosis invehendi, sed serio & cum *authoritate* advocandi, admonendi, excitandi; si aliquando repugnant austerè informandi, quin moderatè castigandi, metuunt enim verbera; ad negotia expeditu facilia, levia & alias accepta ducendi, excitationibus iteratò sufficiens, *cibus* acceptis ad obsequium promovendi, *muneribus* quæ ipsis arrident & cum quibus lusus qualescunque animi suscipere possunt, incitandi, hilaribus & jucundis *conversacionibus* quandoque adducendi, in illis vero non *ridicule* tractandi & offendendi sunt, alias aversantur in futurum ejusmodi commercia hominum; quin denique quovis alio licito & convenienti modo *letificandi* sunt, & constanter ac assidue à torpore consueto & somno-

len-

lencia avertendi, jucundis etiam aliis commerciis, obambulationibus, conversationibus, itineribus &c. admittendi.

§. XXXIX.
 Quemadmodum vero hæc Therapia tum ipsis morbis animi, tum etiam *per hos*, morbis corporis, in delirantibus occurrentibus, convenit, ita ut, si *animus* in justum actionum suarum exercendarum *ordinem* promovetur & reducitur, proinde corpori ægotanti & cum animo morbido *compaienti*, non exiguum auxilium subministrerur; hinc in exercitio hujus Therapiæ circumstantiæ quædam observandæ & requisita certa intelligenda & indicanda sunt: non enim sufficit, hæc commemorasse, quæ tractationi delirantium infervere poterant, sed etiam prospicere *conditionibus* subjectorum, tum *patientium*, tum etiam *agentium*, nam hæc methodus illis hominibus innotescere debet, qui cum ejusmodi delirantibus *conversantur*; Medico enim erit hoc importabile onus, si diu aut multum illis assidere & hanc methodum ipsemet applicare debeat; sufficit, si alios instruat, quomodo cum patiente moraliter etiam procedere debeant: ubi præterea invigilandum, ne unus diruat iterum, quod alter in salutem patientis efficit atque exercet, sed ut singuli illi, quibus cum delirantibus conversandi occasio suppetit, hac methodo cum iisdem versentur: in patiente vero observanda est conditio *persone*, an circumstantiæ admittant, quo ipsis ita succurrere liceat; nam quibus subjectis cura supellex, illa vinculis & carceribus ad communem methodum contenta esse debent.

§. XL.

Et cum *Imaginationis* actus nitatur *æstimatione* rerum vel acceptarum vel adversarum, propterea concursum imaginationis ad diversos morbos, Moralibus morborum considerationibus adnumeramus, & exinde Moralem aliquam Therapiam diversis morbis, in quibus imaginationes firmiores occurrunt, ordinamus; habemus hujus rei perspicua & nu-

numerica exempla in Cura ita dicta *Sympathetica*, in qua quandoq; ejusmodi *visibilia* objecta pro medio aliquo *excitante* imaginationem quandam, priori imaginationi *contrariam*, nec non estimationem adversam, atque prægressæ estimationi *resistentem* provocante, adhibemus, uti manum *demortui* & sudore emortuali madentis hominis, aut indusiū hominis *moribundi*, vel aquam qua mortuus lavatur, quæ ni miū sive Spiritus ardentis appetitum sedavit, observante *Claudero Dec. 2. an. 4. obs. 146. A. N. C.* ossa hominis putrefacti, corium humanū, cranium humanum, aliasque partes hominis *violenta* morte extincti, quo etiam pertinent varia *animalium* genera, quæ individua abhorrescunt, ut bufones, mures, sanguis muris (cum quo strumam curatam commemorat *Flagendornius dec. 2. an. 5. obs. 92.*) talpæ, glires, serpentes, viperæ &c. qualia subsidia vulgo ejusmodi affectibus & constitutionibus adhiberi solent, quibus anima humana singulari imaginationis efficacia, efficiendis, formandis, sustentandis & conservandis invigilat, & de illis qualemcunque *estimationem* gratam & acceptam fingit atque retinet, donec in tali ipso affectu ad *contrariam* plane imaginationem & estimationem per prædicta media provocata & promota fuit.

§. XII.

Unde ad tales curas requiruntur subjecta *sensibilia*, ad imaginationes & cogitationes *terrificas* & *anxias* formandas prona, media talia prædicta abhorrescentia & fugientia, eademque maxima aversione prosequentia; talia inquam subjecta epigenesibus certis, nævis maternis aliisque concretis extraordinariis deformata, si admittunt ejusmodi adversorum objectorum & mediorum applicationem ad illas excrecentias, & quidem cum summo fastidio & *anxia* meticulositate, aut si inopinato talia media iisdem applicantur, ut subito eadem conspiciant & propterea *contremiscant* anxiamque aversionem foveant recolantque, quo accedit, ut ipse ministrans & talia applicans *artifex*, cum simili aversione

ne

ne atque *simulata* trepidatione , de objecto adverso susce-
 pta, hoc parti adhibeat, eoque ipso imaginationem *anxiam*
 in subjecto patiente excitet; non vero horridum quendam
 atque repentinum terrorem concitet; (id quod experimen-
 tum raro in sensibilibus bene cedit) evenit, ut ad tale *aversio-*
nem, denuo effecta, ordinet natura *futuros* motus in ejusmo-
 di excrescentia, ita quidem, ut hanc nunc magis abhorrescat,
 quia ab ejusmodi *adverso* objecto contacta & quasi *inquina-*
ta fuit, unde ultro eidem cum *activitate* vitali prospicere &
 succurrere sinit, necessarium pabulum subtrahit, imò effi-
 cit, ut successivè exarescat & evanescat: (conf. *A. N. C. dec. 2. an.*
2. obs. 141. Ledelii dec. 2. an. 1. obs. 11. Wedelii & Acta Philosophi-
ca Soc. Reg. Angl.) tantam potestatem habet imaginatio *fir-*
ma, quam primum cum actu *estimationis* conjungitur, quæ
 etiam aliquando Moralibus subsidiis atque methodis provo-
 cari & ad talem efficaciam in sensibilibus subjectis promo-
 veri potest: Cujus rei testimonia habemus ad nostrum scop-
 um pertinentia, in *Hypochondriacis & Splenicis*; quales
 ægrotantes, quò magis afflictionum suarum anxie *reminiscun-*
tur, eò acerbius easdem patiuntur, quò magis imaginatio-
 nem & cogitationem suam ab illis pathematibus *avertunt*,
 vel ut avertantur, auscultant atque permittunt, eo *remis-*
sionem sui mali statum experiuntur.

§. XLII.

Non quidem hoc loco ex instituto de vi imaginationis
 agere necessitas postulat, tantum vero allegare proficiet, pro
 quantum Moralis Therapia *Imaginationis* efficaciam, pro
 morbis præsentibus, salutari, ordinari potest: Sicuti in con-
 traria parte exempla non infimæ sortis, aut exigua occurrunt,
 quæ obfirmant quomodo moralia subsidia imaginationem,
 in *malum* effectum transeuntem, conciliaverint: quanquam
 vero talia documenta ratione numericæ frequentiam præro-
 gativam quandam præ superius citatis teneant, illa tamen
 merito ad nostrum propositum ducenda sunt; quemadmo-
 dum etiam observationi Medico-morali consonum est, ut

si patientes quidam admonentur, ne morbis suis tam *sensibiliter* intendant & attendant, sed de aliis aliquando cogitent, & ut in *acerbioribus* doloribus, podagricis, arthriticis aliisque de rebus jucundis cum amicis intimis confabulentur, neque in hoc colloquio statim rigorosæ & anxietatis percutionis suorum dolorum reminiscantur, sedum eo *sensibilitate* sua intensiori fugiant, sed possibili continentia & præmeditato consilio, colloquio tali attente auscultent & indulgeant, ita, ad minimum fiet, ut, vel ad *perferendos* tales dolores *animosiores* reddantur, vel ut ipsi dolores immanuantur, neque tanto impetu continent: quale exemplar proponit *Pechlinus* in obs. de Conringio à Febre tertiana ob gaudium, de colloquio cum Meibomio obtentum, liberato: cui exemplo jungere placet, *dolorum imaginarium quem describit Sorbait A. N. C. dec. 1. an. 2. obs. 16. mirabilem historiam imaginationis Greislii dec. 1. an. 3. obs. 45. & vim imaginationis ex intuitu incisionis tumoris dec. 2. an. 10. obs. 109 Wagneri*, omisis multis aliis exemplis.

§. XLIII.

Similia testimonia hujus circumstantiæ occurrunt varia, præprimis de oblivione paroxysmi Febrilis inter pocula, inter amicos, ob eximium gaudium, de cessatione Diarrhœæ stupendæ ob inexpectatum jucundum nuncium, de admiranda & quasi momentaneè evanescente sensatione morbida splenetica ob protractionem patientis ad convivium, qualia exempla mihi Præsidi varia cognita sunt, ex quibus posterius allegatum est in Schediasmate meo *de admirandis animæ humane effectibus*; quo certe multiplices historiæ duci possent ex observatoribus, si animus esset, historiis multum recensendis inhaerere: illud inde fluit quomodo singulae tales occasiones, quæ ad reconvalescentiam talium ægrotantium disposuerunt ad Therapiam morborum moralem referri mereantur, & quidem in quantum talis Therapia *imaginationi* & cum hac connectæ circumstantiarum *estimationi* subveniat.

§. XLIV.

§. XLIV.

Hicce adhuc accensere debemus, quomodo Medicus sua *personâ* suoque *officio* propriè *Moralem* *Therapiam* suppeditare queat, nimirum quando se talem ægrotantibus præbet atque exhibet, moribus atque officiis, ut illi *spem* suam licitam in eodem reponant & hic illorum *confidentiam* acquirat, ita evenit, ut non modo patientes subministratis consiliis debite auscultent, sed & firmiter credant, quod opem ferre debeant soleantque: hæc *imaginatio* ægrotantium & conjuncta æstimatio Medici, quam hic sibi conciliat decenti & cujuslibet moribus convenienti cultu externo & interno promovetur propterea morali adminiculo, & naturam ægrotantis semper erigit, quo suam *energiam* tranquillius & ordinatius oblati auxiliis jungat & *convenientiori* alacritate effectum salutarem prosequatur: in qua circumstantia iterum imaginationi indulgendum est, quam Medicus modeste magis & ipso *facto*, quàm rigorosè & nudis *verbis* excitare & promovere debet.

§. XLV.

Quemadmodum *superstitio* cum moribus hominum arctè connectit, ita datur etiam *Therapia* *Moralis*, quæ tali *superstitio* ne nititur, quam vero nostram non facimus, quia plurimum in fraudem alienam excurrunt, dum vel captiosis, nihil significantibus & confusis verbis, vel per impium abusum verbi & nominis divini, vel fordidâ & contumeliosâ delusione animum, *spem*, & credulitatem patientis decipit, imo cum hominibus hujus furfuris *superstitiosis*, impiis atque credulis congregatur; exulant nostram tractationem illæ imposturæ, quæ cum *Abacadabra* succedunt, aut cum experimento illo famoso contra nimiam sanguinis profusionem, cujus *Job. Agricola Tract. 2. Chirurg. parv.* mentionem injicit, quando cum sanguine ægrotantis fronti inscribitur, *oipula*, & sic frons iterum obligatur; huc pertinet, quando varia ridicula *Amuleta* commendantur, aut inter carnem cutemque occultanda offeruntur, quale quid de Salvatore maximâ blasphemiam mentiuntur Judæi: ad quales impios usus & *superstitio* nes etiam non exiguam operam contulit *Paracelsus*; quo pertinent *Talismæ Saracenorum*, quibus præter Indicos numeros in-

H

scri-

scribuntur voces magicæ ex singularibus Alcorani textibus Cabbar-
 læ beneficio concinnatæ, vid. Kircher, in oedip. Ægypt. conf.
 Schottus Techn. curios, quo pertinet ridicula hystoria, quam alle-
 gat Marcus Mappius Dissert. de remediis superstitiosis insignio-
 ribus & quam h. l. transcribere placet: Viderat aliquis Latinæ,
 lingvæ ignarus schedulam, una cum pomo, inter quod occulta-
 batur, deglutiendam his verbis inscriptam: Hoc X po X mo X,
 Deus adjuva X raturque crucem syllabis interpositam esse ante-
 penultimam alphabeti literam, eandem hoc pacto & legit ipse,
 & aliis adversus Febres usurpandam dedit: Hox pox mox Deus,
 adimax: quæ cum multoties spem fefellerit, joco forte occasio-
 nem dedit, ut vulgè etiam characteres superstitiosi ac Magici di-
 cantur: hox mox pox. tantum ille: & ita decipiuntur homines,
 superstitionibus; conf. Valensini declamatio Panegyrica de Me-
 dicina illegali & superstitiosa. quales medicinas olim prohibi-
 tas & mandato quodam Cæsareo à Constantino severè interdi-
 ctas fuisse refert Amianus Marcellinus Lib. 16. cap. 12. conf. Con-
 cilitii Laodiceæ canon 36. & Aelius Spartianus in Caracalla, alii-
 que.

§. XLVI.

Occurrunt tamen simpliciores magisq; innocentes Therapiae
 Morales, imaginacionem animæ humanæ concernentes, quæ in ordi-
 nariis actionibus vitalibus excretoriis analogiã quandã reperit-
 unt, videlicet, si homines levem stimulum ad excernendam uri-
 nam aut deponendam alvum persentiscunt, præprimis loco atq;
 tempore quodam, ubi propter præsentis circumstantias has ex-
 cretiones retinere decorum svadet, quo intensus & quo magis
 sollicitè de hisce excretionibus expediendis cogitant, eo majores
 illas exercendi stimulos experiuntur, quo magis vero animum
 & cogitationem ab hoc actu averiunt, eo remissior redditur ille
 stimulus, vel aliquandiu plane cessat; ita etiam experimentum
 occurrit, quod jam in vulgus notum est, circa Singultus curam,
 per firmam impressionem aliquam & cogitationem in unum ob-
 jectum intense directam & ab aliis intercurrentibus abstractam,
 præstandam, aut per repente incussum terrorem, committend-
 am, aut per promissionem doni exercitam, vid. A.N.C. Dec. 2. ann.
 9. obs. 103, Humer wolfis; quo loco tamen non ad nostrum scopum du-

ducimus ridiculos eventus ex rudi simplicitate, imaginatione & credulitate propullulantes, quales sunt illi, quorum *Bartholinus hist. de Paralyt. N. T. Deusingius in Exam. Pulv. Sympath. Solenander in Consil. Helvwig. obs. Medic.* aliique memoriam injiciunt, de rusticis, qui schedulas medicinales, quas *Recepti* vocant, devorarunt, indeque à morbis suis restituti, aut qui Clysteres ordinatos ingurgitarunt, & magnam inde corroborationem percepisse prædicarunt.

§. XLVII.

Licebit adhuc breviter allegare illud specimen *Moralis Therapiae* quod adhuc testimonium perhibet de efficacia *animi pathematum* ad curandos diversos *morbos*, sub quibus animi motibus anima humana talem repentinam *intentionem* concipit, ut affectui, tam diu perpeffo, finem tandem & hac occasione salutarem, quantum quidem possibile est, imponat; qualis intentio imprimis sese exerit in motibus vitalibus *repetendis* vel acerbioribus motibus hucusque exercitiis *remittendis*, cujus rei exempla non pauca ab observatoribus & Doctoribus Practicis recensentur; siquidem inter alios *Valeriola lib. 2. obs. 4. Horstius & Schenkiius in obs. ut & in A. N. C. dec. 2. an. 3. obs. 93.* (quam notabilem etiam circumstantiã Consultiff. D. D. *Stablius in Patholog.* allegat) de Paralyt. terrore sanato, de febricitante iracundiã, studio provocata, à Quartana liberato, quod experimentũ etiam *Borricchius & Schenkiius* confirmant, de Epilepsia terrore curata *A. N. C. dec. 2. ann. 9. obs. 190. Paulini dec. 1. ann. 2. obs. 9. conf. dec. 2. ann. 9. obs. 61. Ischur: a terrore curata*, de terrore Arthriticis proficuo *Salmuthus Cent. 1. obs. 48.* & multi alii de reliquis animi pathematibus uberrimam mentionem injiciunt: quam vero methodum non indifferetim imitari, sed imprimis *opportunitatem* temporis & *constitutionem* affectus & subjecti observare decet, quemadmodum inter alios *Hoyerus de Febris cura lethifera à terrore agit Dec. 3. ann. 3. obs. 47.* qualis annotatio de reliquis animi pathematibus observari & conciliari debet.

§. XLVIII.

Cum mollities sive *Sensibilitas personalis*, non tam nuda corporis teneritudine & *materiali* subtilitate, quam *moralis* potius

tius *estimatione*, perceptione, admissione, applicatione, dijudicatione & connexionione nitatur, ita illius adhuc hoc loco mentione facere debemus, quia hæc consideratio Sensibilitatis in Medicina pro dignitate non satis semper evolvitur & explicatur, cum tamen magnum usum habeat & quidem Practicum: Et quanquam hæc *severitudo* animi cum supra prædictis moribus affinitatem quandam tueatur, attamen adhuc in ipsis individuis specialissimam disquisitionem meretur: imprimis vero cavere decet ab illa rudi & plebeja argumentatione à corpore *robustiori*, ad animum *minus* sensibilem, cum sæpè homines corpore proceri atque *firmi ex levi* etiam causa tam morali, quàm materiali graviter affici, commoveri, & in vitali functione, de qua nobis sermo est, alterari soleant: talibus etiam *duriozem* & acerbiozem Therapiam Moralem ordinare velle, non bene cedit, unde hisce in tantum *indulgendum* est, in quantum moderatioris activitatis limitibus contineri possunt, videlicet, in morbis etiam moraliter mollius, modestius & patientius tractandi, abstinendo solum, ne in tali tractatione excedamus & *naturam* ægrotantis in operationibus suis nimium delicatam & *sirupulose* activam efficiamus, aut nimia mollitie imbuamus, sed eo usque laboremus, ne *crasis* causis externis offendantur, contra consuetudinem excitentur & extimulentur, interim etiam ad aliqualem animositatem admonentur, ne vè tam strenuè propriis suis sensibilitatibus inhæreant, modeste disponantur subjecta; ubi tamen non necesse est ut Medicus omnibus talium ægrotantium desideris assentiat & obtemperet, neque analepticorum & corroborantium usu luxuriet &c.

§ XLIX.

Breviter hic reminiscimur affectuum quorundam animum & corpus spectantium, qui assentientibus observatoribus Morali quadam Therapiâ, præter alia adhuc adminicula, emendantur: tales sunt: *Tarantismus*, cujus cura per *Muscam* & quidem *exquisite* convenientem abunde cognita est, quod vero Musica *animum* excitet, reficiat, afficiat, aut etiam demulceat, mitiget atque tranquillet, & quod animus ita *compositus* variis corporis *morbidis* dispositionibus & afflictionibus subveniat, res est facti & experientie; quâ Musicâ animus etiam in Tarantismo *ita temperatur*, nè à

Ta-

Tarantulis communicatum miasma tantis *confusus* commotionibus prosequatur, neq; ob ejusdem præsentia ille ita confundatur, sed in *tranquilliore* statum redactus huic miasmati, *moderatione* quadam, attamen sufficienti reliqua activitate, excutiendo, vires applicet: quemadmodum partim *Athanasius Kircherus in arte Magn.* ubi de Tarantismo differit, attestatur, quomodo aliâ methodo aliisque concentibus animus ita laborantium placari queat, partim *Theophrastus & Alexander ab Alexandro* affirmant, quomodo Musica in aliis *morsibus* venenosis animo *somplacando*, profuerit; ut non immoremur recensendis historiis ab *Aldrovando* expositis, de efficacia Musicæ dolores podagricos, nephriticos, arthriticos, ischiaticos demulcente, quod contingit si animus Musicæ perceptioni *intensus* inhæret, & acutam illam *sensationem* ab actibus & motibus illis spasticis *abstrahit*, sicque dolorum illorum quantisper obliviscitur; quæ methodus ad Moralem Therapiam talium morborum referri meretur, sed etiam apta subjecta requirit.

§. L.

Similiter hoc loco allegari debent *Hydrophobia & Lycanthropia*, ut affectus rariores quidem, attamen satis graves atque suspecti, quorum *priorem*, præter reliquam propriè dictam *Medicam* curam *Celsus Lib. 5. cap. 27. Pechlinus, Marcellus Donatus, Zacutus Lusitanus in obs. & Histor. med. Codronchius de Hydrophobia, & Lenilius Favronn. Theor. Pract.* submersione ægrotantium inopinata in aquam, curare sperant & promittunt, qui terror patientibus incussus tanquam *Moralis* medela *pristinæ imaginationis & ideas* discutere & quasi annihilare debet; *posteriorem* vero severis subsidiis, fustibus, vinculis, tremoribus domare, & talia usurpare svadent, quæ alias Lupi expavescent, ut conspectum ignis, fœtores empyreumaticos, cujus circumstantiæ mentionem faciunt *Bauhinus in Histor. rabid. Lupor. Marcellus de insania Lupina & Canina*, aliique: quæ utraque methodus Therapiæ Morali accensenda est.

§. L. I.

Difficile vero perquam, si non impossibile est, *Hereditariis moribus*, cum diversis *ideis* per hæreditatem communicatis, in *morbos* certos excurrentibus & cum illis decurrentibus, *Moralem* Therapiam absolute efficacem ordinare; & sicut fere plurimorum Doctorum consensu, peculiariter

liari vero assensu *Olai Borrichii in Act. Hassniens. Bartholin. Vol. 4. obs. 70.* morbi in corpore considerati hereditarii incurabiles existunt; ita etiam fere desperandum est restitutioni perfectæ animi moribus perverſis inquinati atque depravati: interim ut ad *Ciceronis* effatum verum etiam est: quod *omne malum nascens facilius opprimatur, inveteratum autem plerumque robustius sit fiatque,* ita hoc etiam certo respectu ad præsentem circumstantiam applicari potest: videlicet, ut à *teneris* prudenti educatione, moribus, qui prioribus perverſis contrariantur, adſeſcant, & rationabili *Pædagogia*, ad iudicii culturam ejusmodi homines ducente & invitante, promoveantur; quo pertinent *itineræ* & conversationes frequentiores cum hominibus similiter *prudentibus*, quid quod excusiones *præjudiciorum* & abstractiones à *prævis exemplis*, & effreno, perverſo inordinato confuſoque vivendi genere; tali methodo sive Therapiâ Morali prioribus malis moribus per hereditatem propagatis & translatis, atque ad morbos *disponentibus* & morbos *ſvolentibus* damnum aliquod dare possumus, quamvis eosdem (quia ita connati sunt) penitus extirpare vix sperare liceat.

§. LIII. Eximendus adhuc est quibusdam serupulus, qui forte ſuborire potest in hac Therapiâ Morali tractatione, & qui ex triviali atque ſciola Materiam Medicam tractandi & commendandi methodo originem trahit, videlicet commendantur à *Marbodeo, Levino Lemnio, Plinio, Alberto M. Pavacelo, Cardano, Aristotele & Boerio de Boor* (cujus posterioris *Hist. Gemmar. & Lapidum* conferenda) aliisque, variæ species gemmarum, lapidum, radicum, herbarum &c. ad excitandos, conciliandos, inducendos & promovendos diversos *Mores*, & animique pathemata, præter alias adhuc cum moribus hominum eohærentes dotes, quales recensere omnino piget atque fastidit: inde posset quisquam augurari, quasi Therapiâ, hæc subsidia vulgo ita ebuccinari & declamari solita, in variis morbis adhibens, Moralis appellari queat, præprimis si varias species lætificantes, aut Aquam magnanimitatis ordinat, i. e. talem Therapiam quæ excitandis, moderandis, demulcendis, ordinandis & promovendis necessariis convenientibus aut præsentibus moribus inserviat: sed ut brevibus nos expediamus, asserimus, quod tales commendationes ejusmodi lapidum pretioſorum, aliarumque specierum ridiculæ, ſiſtitæ, veritati repugnantes & irritæ existant, & si quædam earundem specierum aliquando effectum quasi analogum aut congenerem post se reliquerunt, tunc illud per accidens contigit, aut turpi, ſciolæ & credulæ ſuperſtitioni hominum imputari debet: quali ridicula & lepida documenta & ſpecimina occurrunt circa usum Auri & Perlarum, omnis aliis: ut propterea tali sensu accepta Therapia Moralis Morborum ſiſtitia, ſuperſtitioſa, & à nostra methodo atque ſcopo plane aliena sit. Nos interim hiſce, quæ ad ſcopum noſtrum pertinent nunc ſuperſedemus, poſteaquam & fundamenta & ſpecimina quædam Therapiæ Morborum Moralis, quantum quidem promiſimus, tradidimus: Deo vero altissimo & benignissimo nunc humillimas gratias agimus, pro præſtita ſua clemencia atque ſuppeditatis ſubſidiis ad ſcopum noſtrum necessariis atque utilibus, eni etiam hunc laborem devotis precibus ita commendamus, ut eundem Artii Medicæ ſalubrem ſemper atque efficacem benedictione ſua reddat atque obſirnet.

Err. pag. 43. lin. 5. del.

Healle, Diss. 1714 (A/L)

ULB Halle

3

003 869 970



Sb.



DISSERTATIO MEDICA PRACTICA

De

1779 1
50.

THERAPIA MORBORUM MO- RALI

Quam

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DN. FRIDERICO WILHELMO,
PRINCIPE BORVSSIÆ, MARCHIONE BRAN-
DENBURGICO, RELIQUA;

GRATIOSO FACULTATIS MEDICÆ CONSENSU,
PRÆSIDE

MICHAELE ALBERTI,
MED. DOCT. ET PROFESSORE PUBL. EXTRAORD.
REIPUBL. NORIBERGENSIS PHYSICO ORDIN. ET ACAD.
NAT. CUR. COLLEGA.

Dn. Patrono ac Manufactore suo omni observantia colendo

IN AUDITORIO MAJORI

Horis antemeridianis

Publicæ ventilationi exhibet

RESPONDENS

FRANCISCUS PARIZ PAPAI Junior.

1902 Hungarus.

Die 1. Maj. A. O. R. MDCCXIV.

HALÆ MAGDEBURGICÆ,

Literis CHRISTIANI HENCKELII, Acad. Typogr.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres

18
19

Inches

8